



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sol Triplex In Eodem Universo

Hermann, Amand

Sultzbaci, 1676

Pars III. Tractans Categorias Aristotelis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95850)

PARS III.
TRACTANS CATEGORIAS
ARISTOTELIS.



Absoluta Introductoria Isagoge, jam patet aditus ad predicamenta, seu Categorias; commodiorem enim locum licet sibi forte vendicare possent, non volunt, quia equum & justum haud videtur separare tractatione ea, quae sibi sic subordinatione copulantur, & ut pleriq; faciunt ad Metaphysicam remittere, nam sic Introductio, vel manu ductio Porphyriana si non effectu suo frustraretur, sine culpa retardaretur, cum non statim sequeretur illud ad quod manuduxit; Et quamvis Categoria, seu predicamenta spectentur prout dicunt formales aliquas rationes & coordinationes plurium rerum secundum subijcibilitatem & predicabilitatem, quae sunt merè intentionalia, verumtamen sicut in priori parte agendo de secundis intentionibus rerum predicabilium naturas quoq; ipsas explicui, sic in hac examinando Categorias pro formali dilucidabo etiam, quae Categoriae pro materiali & abstracto dicunt, tum quia etiam hoc fecisse Aristotelem deprehendo, tum quia ordinariè procedendo expedit rerum denominatarum naturas examinare ut juxta earum exigentiam praedicationes exerceantur; Quia non potest tam exactè de conceptibus rerum disputari, nisi conceptuum objecta, seu res examinentur, frequentèr, imò quasi semper contingit ut exteriora objecta nobis, ipsis conceptibus sint notiora. Est autem unanimes consensus Dialecticorum, Authorem libri Categoriarum esse Aristotelem maximè cum (ut testatur Boethius) in hoc libro & brevitatis & subtilitatis redolet Aristotelis, Imò ab hoc libro (teste Maffio & Belluto) Aristoteles sua doctrina Peripatetica sumpsit exordium. Quis autem Aristoteles fuerit satis describunt Authores passim & inveniri potest apud Cornimbricenses: nam teste Boethio & quasi omnibus Philosophis Aristoteles trecentis & octoginta annis ante Nativitatem Salvatoris Domini nostri Jesu Christi vixit, natus in Macedonia, Patria Locali Stagirus, cuius patres & genitor fuit Nicomachus Medicus, vel à filio Excellentissimus qui utpote propter Ingenii & doctrinae excellentiam per antonomasiam dictus est olim & dicitur hodie Philosophus. Eius demigitur in hac parte tractante Categorias agit de decem classibus, seu coordinationibus rerum, in quibus res omnes creatae saltem secundum subijcibilitatem & predicabilitatem disponuntur, quae classes gratè Categoriae, latine predicamenta vocitantur, Hic tractatus autem post Aristotelem dividitur in tres partes,

partes; Prima continet Antepredicamenta, quae comprehendunt sub se unum ex aminationem univocorum, aquivocorum, & analogorum, cum regulas conditiones eorum, quae in predicamento ponuntur; Secunda pars complectitur ipsa predicamenta in speciali, quae quomodo sunt & quomodo distinguuntur si a se aperiunt; Tertia denique post predicamenta quae examinat ea quae omnibus, vel saltem aliquibus sunt communia. Inveniri si.

DISPUTATIO I.

DE ANTE-PRÆDICAMENTIS.

Primum ad ipsa predicamenta movendam manum subsistendum est paululum cum Aristotele in vestibulo, & prius examinanda sunt ea, quae ad predicamenta cognoscenda sunt necessaria: nam ipse quoque Philosophus primò egit de univocis, aquivocis, &c. & postea tradit divisionem eorum, quae dicuntur, & eorum quae sunt, ex quibus duas regulas conficit Antepredicamentorum, unam quae prioris, alteram quae posterioris divisionem respicit, de his ego quoque sicut & de predicamentis in communi agam in hac Disputatio-
ne, si igitur.

QUAESTIO. I

De Univocis, Equivocis, & Denominativis.

Univoca definit Aristoteles cap. I.

Quod sint illa quorum nomen est commune ratio verò substantiae per nomen importata est eadem. Quam definitionem veluti bonam recipiunt Authores communiter, unde particularis esse non cupio: &

Dico I. Bene definiuntur univoca illa datâ definitione Aristotelis. Ita unanimis consensus Dialecticorum. Concordat etiam Divus Augustinus Cat. 2. dicit, quod univoca sunt res quae & nomine & sui interpretatione junguntur, ut est animal id enim de homine & equo, de fera & avibus dici potest. Probatur declarando omnes ejus particulas. Dicitur quorum nomen, in quo cum aliis aquivocis videlicet & denominativis convenit; Non sumitur tamen hic nomen prout contradistinguitur à verbo, sed prout verbum & etiam particula complectitur, nam omnibus istis convenire potest univocatio; dicitur commune ad inveniendum nomen debere esse omnino idem non solum per litteras, sed etiam per pronuntiationem quantitatis, dicitur ratio & ad denotandum univoca non importare solum conceptum formalem, sed etiam objectivum: quia conceptus objectivus & non formalis in illis essentialiter includitur, & quando dicuntur univoca differre ab aquivocis, tunc denotantur rationes diversae objectivae, quia experimur quòd ad prolationem vocis aquivocae intellectus noster non univocum concipiendum aliquid unum illo nomine significatum, sed quòd ad diversa distrahatur; Dicitur substantiae, per quam particulam non intelligenda est substantia de primo predicamento prout substantia accidenti opponitur, sed intelligitur essentia, ita ut ratio substantiae idem significet, ac ratio essentiae, aliàs non posset contingere univocatio in accidentibus, quod tamen maxime falsum esse patet ex dictis in priori parte, ubi demonstravi & ostendi dari non solum predicabilia essentialia, sed etiam accidentalia, ut est proprium &

accidens; sed certum est quod de ratione universalis sit quòd sit univocum: & quamvis Aristoteles videatur solum voluisse definire univoca essentialia, revera tamen univoca accidentalia excludi non debent, quia eo modo quo animal praedicatur de homine & bruto secundum idem nomen & eandem rationem, ita etiam praedicatur album de nive & cygno; adeoq; sequitur quod per ly ratio substantiae intelligi debeat conceptus objectivus essentiae, seu substantialis, seu accidentalis. Hinc est quòd

Nomen Univocationis dupli-

citer accipi possit, primo modo magis proprie, seu ita ut significet eandem rationem essentialiter inclusam, & in eis essentialiter inclusam, & talia dicuntur praedicata univoca essentialia: & haec sola voluisse definire Aristotelem docet Doct. q. 6. praedicam. & exinde magis patet, quia Aristoteles cap. de subst. docet, accidentia praedicari non posse de subjectis nomine & ratione, quod utique falsum est si sub hac definitione comprehendere voluisset univoca accidentalia. Alio modo magis late accipitur nomen univocationis, ita ut significet rationem pluribus communem, sive illa postea sit accidentalis, sive essentialis, unde Scotus hanc distinctionem & divisionem recipiens distinguit I. d. 3. q. 3. & d. 8. q. 3. P. Aliud esse praedicatum univocum, aliud praedicari univocè; & dicit praedicari univocè esse univocum essentialia, quod praedicatur de suis inferioribus secundum idem nomen & eandem rationem essentialia, ut animal de homine & bruto; praedicatum univocum appellat univocum accidentale, quod de suis subjectis praedicatur secundum idem nomen & eandem rationem accidentalem, ut album de lacte & cygno &c.

Univocatio magis propria. Iterum III.

duplex est una perfecta & completa; altera imperfecta & incompleta, seu diminuta. Prima est quando ratio essentialis per nomen commune importata est in pluribus secundum essendi modum, eundemq; ordinem & secundum eundem

II. Nomen univocationis dupliciter sumi potest.

VI

Univocatio propria duplex est completa & incompleta.

perfectiois gradum, quæ etiam solet appellari univocatio Physica, quæ univocatio utpote perfectissima solis speciebus infimis competit, quæ in suis inferioribus est secundum eundem modum, eundem ordinem: non enim respicit prius unum quam aliud, & secundum eundem perfectiois gradum, nam omnia inferiora individua omnino sunt ejusdem perfectiois essentialis, ita ut unum altero perfectius essentialiter per Dei potentiam esse non posset; Ad univocationem hanc, quæ primum & supremum gradum constituit quatuor requiruntur conditiones; Prima est unitas conceptus intellige tam formalis quam objectivi; Secunda quod eodem modo essendi sit in omnibus; Tertia quod descendat ad individua eodem ordine, & Quarta quod univocata sint ejusdem perfectiois essentialis, & hæc est purè univoca. *Univocatio incompleta* quæ etiam analogica dicitur, est, cum inter aliqua reperitur solum similitudo formæ, quatenus secundum eandem rationem continetur & contrahitur ad illa, quæ est prima conditio & absolute necessaria ad univocationem, deficiunt tamen ceteræ quæ non sunt simpliciter necessariae, ut in conceptu entis respectu Dei & creaturæ substantiæ & accidentis qui est minimus gradus univocationis; vel saltem aliqua, quatenus scilicet illa eadem ratio licet reperitur in illis secundum eundem essendi modum, non tamen secundum eundem ordinem descendit ad illa: ut numerus respectu binarii & ternarii, vel etiam liceat, quod eodem ordine descendat ad illa, non tamen secundum perfectiois essentialis gradum sicut se habet genus respectu specierum, quod perfectius per unam quam per alteram differentiam contrahitur & hinc patet quomodo intelligendus sit Aristoteles 7. Met. 31. *dicens in genere latere equivocationes.* Hæc univocatio incompleta dicitur etiam Metaphysica & Logica, quia fit in terminis secundæ intentionis, unde ad eam non requiritur æqualitas perfectiois, nec consequenter ad univocationem prout Aristoteles eam definit.

IV.

Dico 2. *Bene definiuntur cum Aristotele æquivoca; Quod sint illa quorum nomen est commune, ratio verò substantiæ per nomen importata est diversa.* Ita communis torrens. Concordat etiam D. Augustinus cap. 9. *Dialecticæ* ubi ea sic definit *Æquivoca esse quæ tantum uno tenentur vocabulo, sed diversis expeditionibus* (id est diversis definitionibus) *explicantur.* Et. Quæ sub uno nomine necesse est definire diverse, æquivoci nomen est. Et cap. 10. *Diximus æquivoca esse quæ non uno nomine, ita etiam una definitione possunt teneri.* Probat etiam & explicatur sicut prior. Nam per nomen ibi intelligitur etiam tam verbum quam participium, quia, ly: lego verum est verbum Logicum, & tamen etiam est æquivocum nam significat non modò legere verum etiam legare. Item per ly substantia intelligitur essentia, seu natura, quia si significaret substantiam de primo predicamento, prout accidenti opponitur, in nullo accidente posset contingere æquivocatio, quod tamen falsum est in his exemplis, gratus, formosus, & pluribus aliis, nam gratus significat gratum prout à gratia derivatur, & etiam prout derivatur à gratitudine:

formosus verò significat tum habentem pulchram venustatem, & elegantem speciem: tum etiam habentem aliquam formam, quo sensu etiam de formis formosus dici potest.

Arguitur Incontra. Omne quod definitur debet esse quid unum ut docet Aristoteles, sed æquivoca non sunt quid unum, ergo non possunt defini: patet major, quia definitio est imago repræsentativa definiti, ergo unius tantum rei, patet etiam minor, quia sunt essentialiter plura. R. dist. mi. non sunt quid unum entitativè & essentialiter, concedo mi. non sunt quid unum denominativè nego mi. & consequentiam per quod patet etiam ad probationem minoris videlicet essentialiter & entitativè esse plura, non verò denominativè. Inque licet in essentia sua æquivoca plura sunt, prout tamen accipiunt denominationem significati, & eadem voce ac conceptu denotati, sub eadem ratione conveniunt, sicut licet equus hircocervus, tenebræ &c. licet secundum suas entitates in aliqua una ratione non conveniant, conveniunt tamen sub denominatione cogniti, repræsentati &c. Unde dicit Doctor quod æquivoca non sunt unum essentialiter, sunt tamen accidentaliter.

Instatur: Hinc sequeretur quod ab Aristotele non definirentur æquivoca ut sic, sed potius in quantum rationem univocorum induunt: sed hoc est in conveniens, ergo non definiuntur æquivoca sub ratione univocorum. R. distinguendo sequelam ma. sequeretur &c. si ly in quantum reduplicativè cadit super rem definitam, nego seq. Quia hic revera definiuntur æquivoca pro formal sub secunda intentione, in qua accidentaliter univocantur & eorum natura explicatur veluti in esse signato: Si ly in quantum reduplicet conditionem & modum definiti, concedo sequelam ma. & nego mi. Itaque cuiuscumque rei definibilis conditio est, quod sit aliquid unum, vel essentialiter, vel saltem accidentaliter.

Urgetur. Æquivoca ita debent defini: ut contradistinguantur ab univocis, sed si habent unitatem non sic contradistinguantur, ergo non poterit defini: mi. probatur, quia illud unum debet habere nomen commune omnibus sub definito conveniens secundum eandem rationem, sed hoc habent etiam univoca, ergo non habebunt per quod distinguantur ab univocis. R. distinguendo ma. ita debent defini: ut contradistinguantur in esse exercito, & ut quid concedo ma. in esse signato, & veluti modus, nego ma. similiter distinguo mi. & nego consequentiam. Itaque æquivoca cum univocis convenire possunt non quidem in rebus significatis, sed in modo, ob secundam intentionem quam fundare possunt, & sub hac ratione non debent defini: ut contradistinguantur ab univocis. Quod si velles adhuc replicare quod univoca & æquivoca sint opposita, atque adeo unum de alio non possit dici etiam accidentaliter, tunc respondeo esse quidem opposita si utrumque sumatur ut quid, non esse verò quando unum sumitur ut modus, & alterum ut quid, prout dixi supra genus posse dici species. Ut autem hæc replica clarius intelligatur.

Dico

VII. **Dico 3.** Definitum in datis definitionibus est secunda intentio constitutiva equivocorum, & univocorum in concreto, significata ut supponat pro ipsis rebus equivocatis & univocatis & in esse signato. Ita Scottus communiter & etiam Thomista. Probatur, quia Aristoteles in definitionibus datis dixit, *univoca dicuntur, & equivoca dicuntur & non sunt simpliciter*, ergo definitum sub secunda intentione, cum etiam Quia ad Logicam proprie pertinet res definire prout subsistant secundis intentionibus.

Dices. Definitiones competunt rebus & non secundis intentionibus, ergo res & non secundae intentiones definiuntur, patet ant. quia etiam ipse Aristoteles exemplificavit in rebus. R. dist. ant. conveniunt rebus in actu exercito, concedo, in actu signato, nego ant. & consequentiam: cum probatione Aristotelis; quia ipse exemplificavit praedicationes signatas univocorum & equivocorum per praedicationes exercitas, quod Aristoteli & Logici valde est familiare.

Equivoca sunt in duplici differentia, nam aliqua dicuntur a casu, aliqua a consilio: *equivoca a casu* ea sunt, quae sine omni prorsus habitudine & convenientia ad invicem eodem nomine appellantur merè fortuito & casualiter, ut proinde etiam a fortuna & a casu vocentur, sic vox *canis* communis est *latrabilis, caelesti, & marino, & architectonico*, *Canis latrabilis* est certa, & nota animalis species à fidelitate commendata: *marinus* est bellua frequens reperibilis in Oceano Zelandico, quae facile cicuratur, *caelestis* est quaedam siderica constellatio à qua dies caniculares nomen habent, & *architectonicus* est lapis, vel illi lapides in muris incompletorum aedificiorum prominere solent, super quos postmodum continuatur fabrica: Sic etiam vox *aves* communis est *gregorio caelesti, & militari*, vox *gallus hominis* in colea in Francia, *gallo gallinaceo & Gallo* pronomini quod in partibus Sueviae & Franconiae viris communiter imponitur. **Equivoca a consilio** sunt ea, quae participant idem nomen ob aliquam convenientiam, habitudinem & respectum unius ad aliud, quae ideo à consilio etiam appellantur, quia non temerè & inconsulto unum, & idem nomen ad plura significanda extensum est: sic *sanam* dicitur esse nomen *equivocum a consilio*, propter proportionem & similitudinem formae sanitatis, quae est in *homine, in medicina & cibo*; prout ridere dicuntur ob similitudinem lateri hominis &c. Et haec vocantur etiam *equivoca analogae*.

VIII. **Equivocum iterum subdividitur in** *equivocum equivocans & equivocum equivocatum*, primum est illud nomen quod vocatur *equivocum*, posterius sunt res quae illo nomine equivocante significantur, sic etiam aliud est univocum univocans, & aliud univocatum, Item alia sunt denominativa denominantia, alia denominata &c. Et haec posteriora pro complemento hujus quaestiones explicanda restant.

IX. **Itaq; Denominativa ab Aristotele** definiuntur, quod sint illa, *Quaecumq; ab aliquo solo differentia casu secundum nomen habent appellationem*, ut *Grammatica à Grammatica, fortis à fortitudine*. Quam definitionem aliqui sat frequenter explicant sic, quod denominativa sint quae semper sunt concreta cum forma denominante, quae semper est abstracta, conveniunt in principio nominis, quod infinuatur per ly *secundum nomen habent appellationem & differunt in fine & determinatione*, seu desinentia ejusdem, quod denotatur per ly *solo casu*: id est, eadem nominis cadentia, unde postea ad solvendas difficultates emergentes distinguunt tria denominativorum genera, voce tamen ut studiosus à studio, re tantum, ut studiosus à virtute, re & voce simul, quae sunt exempla à Philosopho allata. Verum tamen haec expositio nimis grammaticalis est, displicetq; Arriaga & Maltrio; Quia alioquin expellerentur & excluderentur à ratione denominativorum multae praedicationes denominativae ut à Musica, mulier musica & à virtute, homo studiosus, nam in priori praedicatione est convenientia in principio & fine vocis, in posteriori verò est tam in principio quam sine differentia; Imò non solum nomina adjectiva à substantivis abstracta dicerentur denominativa, sed etiam casus obliqui nominum & multa adverbia à nominibus derivata, quae cum recto conveniunt in principio, in obliquis desinentiam variant, ut *Lector, Lectoris, Lectori, &c.* Quare melius denominativa explicantur, Quod sint illa concreta quae à suis abstractis differunt in modo significandi, qui est significare per modum adjacentis, & secundum illud nomen adjectivum habent virtutem denominandi, seu denominativè praedicandi, taliter autem, scilicet per modum adjacentis informantis denominantis & qualificantis semper praedicantur accidentia, hinc omne concretum accidentale erit denominativum ut ipse Aristoteles exemplificavit. Concretum verò substantiale tunc tantum, quando nomine significatur adjectivo, erit denominativum; quia etiam talia concreta substantivalia, ut à suis abstractis distinguantur, cadunt ad aliquid & aliud concernunt: scilicet, proprium suppositum, unde per ly *casu* non intelligitur casus obliquus & desinentia nominis, sed cadentia formae ad subjectum, seu suppositum, verbi gratia: naturae humanae, humanitatis, ad aliud suppositum, quia si caderet ad proprium, tunc esset denominativum essentialiale. Per ly verò *Quod secundum nomen habeat appellationem* non debet intelligi quasi per nominis derivationem ab alio, sed potius quia praedicatur secundum nomen tantum de re denominata: appellare enim accipitur quandoque pro praedicari 2. Top. 2. & ita explicavit Aristoteles ipse hanc particulam, cap. de subst. dum dixit differentias essentialiales non praedicari denominativè, bene tamen accidentia de suis subjectis, quia praedicantur de illis secundum nomen tantum, id est, accidentaliter & non essentialiter. Hinc duae requiruntur conditiones ad denominativa; Prima est, ut conveniant cum forma denominante in principali significatione; Secunda quod differant in modo significandi, nam cum omnis forma accidentalis quae in subjecto est dupliciter sumi possit, uno modo sub propria consideratione: quatenus ipsa secundum se praecise consideratur,

nem, ut *Grammatica à Grammatica, fortis à fortitudine*. Quam definitionem aliqui sat frequenter explicant sic, quod denominativa sint quae semper sunt concreta cum forma denominante, quae semper est abstracta, conveniunt in principio nominis, quod infinuatur per ly *secundum nomen habent appellationem & differunt in fine & determinatione*, seu desinentia ejusdem, quod denotatur per ly *solo casu*: id est, eadem nominis cadentia, unde postea ad solvendas difficultates emergentes distinguunt tria denominativorum genera, voce tamen ut studiosus à studio, re tantum, ut studiosus à virtute, re & voce simul, quae sunt exempla à Philosopho allata. Verum tamen haec expositio nimis grammaticalis est, displicetq; Arriaga & Maltrio; Quia alioquin expellerentur & excluderentur à ratione denominativorum multae praedicationes denominativae ut à Musica, mulier musica & à virtute, homo studiosus, nam in priori praedicatione est convenientia in principio & fine vocis, in posteriori verò est tam in principio quam sine differentia; Imò non solum nomina adjectiva à substantivis abstracta dicerentur denominativa, sed etiam casus obliqui nominum & multa adverbia à nominibus derivata, quae cum recto conveniunt in principio, in obliquis desinentiam variant, ut *Lector, Lectoris, Lectori, &c.* Quare melius denominativa explicantur, Quod sint illa concreta quae à suis abstractis differunt in modo significandi, qui est significare per modum adjacentis, & secundum illud nomen adjectivum habent virtutem denominandi, seu denominativè praedicandi, taliter autem, scilicet per modum adjacentis informantis denominantis & qualificantis semper praedicantur accidentia, hinc omne concretum accidentale erit denominativum ut ipse Aristoteles exemplificavit. Concretum verò substantiale tunc tantum, quando nomine significatur adjectivo, erit denominativum; quia etiam talia concreta substantivalia, ut à suis abstractis distinguantur, cadunt ad aliquid & aliud concernunt: scilicet, proprium suppositum, unde per ly *casu* non intelligitur casus obliquus & desinentia nominis, sed cadentia formae ad subjectum, seu suppositum, verbi gratia: naturae humanae, humanitatis, ad aliud suppositum, quia si caderet ad proprium, tunc esset denominativum essentialiale. Per ly verò *Quod secundum nomen habeat appellationem* non debet intelligi quasi per nominis derivationem ab alio, sed potius quia praedicatur secundum nomen tantum de re denominata: appellare enim accipitur quandoque pro praedicari 2. Top. 2. & ita explicavit Aristoteles ipse hanc particulam, cap. de subst. dum dixit differentias essentialiales non praedicari denominativè, bene tamen accidentia de suis subjectis, quia praedicantur de illis secundum nomen tantum, id est, accidentaliter & non essentialiter. Hinc duae requiruntur conditiones ad denominativa; Prima est, ut conveniant cum forma denominante in principali significatione; Secunda quod differant in modo significandi, nam cum omnis forma accidentalis quae in subjecto est dupliciter sumi possit, uno modo sub propria consideratione: quatenus ipsa secundum se praecise consideratur,

sideratur, præcise ab omni alio, & tunc ipsa significatur in abstracto alio modo prout informat subiectum, & sic est in concreto, unde ipsa in abstracto & denominativum in concreto eandem significant formam, licet sub diversa ratione. Prima regula denotatur *ly quod secundum nomen habet appellationem*, secunda, *per solo casu.*

QUÆSTIO II.

De Analogis.

i.

*Difficultas
quæstionis est
utrum deno-
tur analogia?*

Hanc quæstionem singularitèr examinandam à priori assumpsi, non propter præcisam rationem & definitionem analogorum indagandam, nam de hoc non est tanta difficultas ut particulari quæstione dilucidaretur, sed controversia quæ hic principalitèr agitur est; Utrum videlicet dentur aliqua analogia media inter univoca & æquivoca, ita ut nec ad univoca reducantur, nec ad æquivoca, & consequentèr, nec unius, nec alterius extremi rationem participant, sed participant unius & alterius partialitèr, & sic tertium aliquid resultet; In qua materia Thomistæ ita certò asserunt dari aliquid medium inter æquivoca & univoca, quod ad neutrum reducatur, sed sit aliquid tertium revera, ita ut potius illud supponant quàm de illo disputent? Contrarium tamen tenent solemniores omnes Scotistæ, ut Faber, Meurisse, Mastrius & Bellutus, Baro & plures passim. Ad quod dubium resolvendum non abs re erit prius inquirere quid per analogum intelligant Authores; Itaque analogia derivantur ab analogia quæ est vox græca & teste Quintilian. lib. 1. cap. 1. & Cicerone lib. 1. de universis. latinè idem significat quod *proportio*, seu *comparatio* & *proportionalitas*, ita ut analogia ex vi nominis importet diversitatem cum aliqua similitudine mixtam, nam ea dicuntur propriè proportionata, quæ licet diversa sint, non sunt tamen in tantum diversa, quin sibi in aliquo sint similia; unde analogia definiuntur post Aristotelem 4. Met. cap. 2. & lib. 5. cap. 6. *Quodd sunt ea quorum nomen est commune, ratio verò per nomen significata, neque omnino eadem, neque omnino diversa*: quæ definitio ordinariè recipitur, Quamvis aliqui diversimodè eam explicant, Ex priori autem quæstione clarè deducitur ejus explicatio: hinc ad analogiam requiritur nomen aliquid commune, & ratio aliqua quæ illi nomini substat, quæ ratio objectiva aliquam unitatem & aliquam diversitatem importet.

II.

Analogia, si sumantur magis universalitèr non pro his præcisè quæ etymologiæ nominis importat videlicet, quæ habent inter se proportionem, sed pro illis quæ, nec purè sunt univoca, nec purè æquivoca ex quacunque habitudine procedunt (nam apud Latinos nunc hæc vox analogia est extensa ad significandam non modò proportionem, sed etiam habitudinem per modum ordinis dependentiæ, & attributionis) tunc benè dividuntur in analogia Attributionis, proportionis, seu proportionalitatis & inæqualitatis, quæ de se satis liquet, ita ut non indigeant nisi explicatione. In primis igitur.

Analogia. Attributionis est illa, secundam quam aliqua habent nomen commune, rationem verò substantiæ secundum illud nomen eandem, & secundum habitudines diversam, sic sanum dicitur analogum attributionis, quia convenit medicinæ, pulsui, cibo, & sanitati quæ est in animali, quia sanum cibi, pulsus, & medicinae diversas habent & dicuntur habitudines ad sanitatem; verbi gratià hominis veluti ad terminum; cibus etenim respectum & habitudinem dicit conservantis, medicina efficientis, & pulsus significantis, per pulsuum enim veluti per signum deducimur ad cognoscendam sanitatem in animali, hinc patet hujus vocis sanum principalissimum significatum esse ipsam sanitatem formalem, hinc est vulgatum Dialecticorum axioma; *analogum absolute sumptum sive pro famosiori significato*, cujus ratio est, quia vox illa principalitèr instituta ad illam significandam, quæ postmodum propter alios & alios respectus extensa fuit ad alias significaciones minus principales & proprias.

Analogia Proportionis sunt ea quæ habent nomen commune, rationes tamen per nomen significatas simpliciter diversas, quia tamen sunt proportionalitèr similes, ideo participant commune nomen & constituunt hanc analogiæ speciem cujus varia adferri possunt exempla & adferuntur etiam ab ipso Aristotele, nam 2. post. 87. attulit spinæ & ossis exemplum, eò quod sicut se habet os in animali terrestri, ita spina in piscibus, & 1. Eth. cap. 6. Exemplum visus, quod tam oculo intellectus, quàm oculo corporis dicamur videre. Item Averfa 5. Met. com. 12. attulit exemplum Gubernatoris, quod nomen tam benè de Gubernatore Provinciæ, navis, Communitatis, quàm domus dicitur & vulgatissimum omnium, in ore omnium est risus; qui de homine ridente, & de prato ridente prædicatur, propter proportionem comparisonem & similitudinem in amenitate, & jucunditate, quæ per risum in homine exprimuntur; unde ei etiam principalitèr & primariò competit, quia formalitèr inest ei, prato verò non competit, nisi translatione metaphoricà; Sed Controvertitur quomodo nam hæc analogia vocari debeat, an videlicet Proportionis, vel proportionalitatis? Baro simpliciter excludit analogiam proportionalitatis, quod credo cum facere ideo, ex eo quod non constituat particularem speciem (quod utique verum est) ab analogia proportionis; Mastrius & Bellutus verò absolute volunt simpliciter dicendam esse proportionalitatis, non verò proportionis: Mihi tamen videtur, sicut omnino est, quæstionem esse de nomine, unde puto quod hæc analogia quandoque vocari possit proportionis, quandoque proportionalitatis, tunc enim dici posset proportionalitatis, quando nomen refertur ad similitudinem duarum proportionum, ut cum quis dicit sicut se habent quatuor ad duo, ita octo ad quatuor, unde ad analogiam proportionalitatis requiruntur ad minus tres termini, imò & aliquando quatuor, ut si quis diceret sicut se habent quatuor ad octo, ita se habent tria ad sex; Analogia verò proportionis tunc dici potest, quando tantum est habitudo secundum unam propor-

III.
Definitio
Analogia
attributionis

IV.
Analogia
proportionis
qua sunt.

proportionem ad aliud. Quidquid tamen sit, tenendum est cum Barone hanc esse simpliciter analogiam, quia in exemplis quae ipse Mastrius etiam adfert non videtur esse plane analogia, quia ratio dupli, secundum eandem rationem praedicatur de quaternario, octenario, & senario.

V. Analogia. Inaequalitatis quam simpliciter Baro rejicit tanquam speciem analogiae & temerario iudicii capritio si ausu, vocat speciem ignorantiae. Logicorum sunt illa Quorum nomen est commune, & ratio secundum illud nomen est eadem, inaequaliter tamen participata quoad perfectionem; sic homo & brutum conveniunt in nomine & ratione animalis, sed homo participat naturam animalis contractam per rationalitatem, differentia multo perfectiore irrationalitate, quae contrahit ad brutum, ita ut natura animalis sit multo perfectior in homine, quam in brutum: non quidem per essentiam animalis praecise, sed per differentiam rationalitatis adjunctam, ita explicant communiter Scotistae analogiam inaequalitatis. Aversa & quotquot admittunt diversos gradus univocationis & analogiae. His praenotatis ad ipsam quaestionem decidendam. Nota Analogum dupliciter sumi posse, uno modo formaliter, & alio modo materialiter, materialiter sumptum est ipsum praedicatum quod denominatur analogum, formaliter vero est ipsa ratio analogiae quae ipsum denominat analogum; Unde quaestio potest intelligi de analogo materialiter & formaliter sumpto secundum utramque; acceptionem resolutive assero, bene defendi posse cum Mastro & Belluto ut

VI. Dico I. Nullum potest dari praedicatum analogum materialiter sumptum, quod mediet inter aequivocum & univocum ut sic, bene tamen potest dici formaliter aequaliter mediare. Ita expresse docere Doctorem I. dicit Mastro d. 8. q. 3. in solut. ad 3. Et ubi sic habet licet unitas attributionis (id est unitas analogiae quam hic attributionis vocat) non ponat unitatem univocationis, potest tamen stare cum illa, quia dicit quod minor unitas potest bene stare cum majori unitate, nam unitas analogiae, minor est unitate univocationis, & major unitate aequivocationis, per quod sufficienter demonstratur unitatem illam esse mediam inter utramque, adeoque bene medietate secundum rationem formalem, non vero secundum materialem considerationem, quod potissimum contra Thomistas controvertitur.

Probatur Itaque conclusio quoad I. p. Primò tum auctoritate Scoti cit. tum D. Augustini cap. 9. Dialecticè ubi sic habet: Itaque rectissime a Dialecticis dictum est, ambiguum esse omne verbum, id est omne verbum quod non est univocum (quod supra definierat quod sit res, quae & nomine & sui interpretatione jungitur) esse aequivocum, ergò ex mente eius habetur nullum dari quod esset medium inter univocum & aequivocum.

Probatur conclusio secundò ratione: Si essent aliqua praedicata media inter univoca & aequivoca, maximè illa quae dicuntur proportionis, ut est risus de homine & F. Amandi Hermann Logica.

prato, sed haec non sunt, ergò nulla dantur, major est Adversariorum, probatur minor. Quia risus sicut habet idem nomen cum risu de prato & de homine, vel habet etiam eandem rationem tam in homine quam in prato; si eandem, ergò erit univocum, si diversam, seu aliam & aliam, tunc erit aequivocum, ergò non erit aliud medium inter utrumque extremum.

Confirmatur. Quia omnis res aut habet necessariò eandem rationem cum alia, vel diversam, ergò erit, vel necessariò univocum, vel aequivocum, patet ant. quia haec sunt praedicata contradictoria esse eandem rationem, & non esse eandem, ergò etiam ista: habere eandem rationem & non habere, & consequenter necessariò unum, vel alterum ei competere debebit.

Probatur conclusio tertio. Omnes species consistunt in indivisibili secundum Aristotelem, ergò ubicunque aliqua reperitur, vel reperietur tota, vel nullo modo reperietur, sed si darentur analogae deberet partim reperiri & partim non reperiri, ergò non dantur analogae media, probatur ma. quia Aristoteles dicit quòd omnes species se habeant sicuti numeri, sed in numeris additè, vel ablatè quacunque minima unitate variatur species, ergò etiam ablatè, vel additè quacunque minima ratione variabitur species, & consequenter sequitur ipsam in se indivisibilem esse.

Confirmatur conclusio Aequivoca etiam secundum adversarios bene dividuntur in aequivoca à casu, & aequivoca à consilio: sed aequivoca à consilio sunt ea, quae ab Adversariis vocantur analogae, ergò non dantur analogae distincta ab aequivocis & univocis.

Probatur etiam secunda pars Conclusionis, quia unitas analogiae etiam si reperitur cum univocatione aut aequivocatione est tamen una major, altera minor: ergò secundum se formaliter consideratum erit quid medium. Sed contra Conclusionem

Opponitur Auctoritas Aristotelis 7. Met. cap. 5. ubi expresse videtur asserere dari analogae media inter aequivoca, prout etiam sentire videtur Aversa, ergò. R. tamen Aristotelem facile explicare posse cum loqui quod datur analogae formaliter sumpta, non vero de analogis materialiter sumptis. Sed ex ratione etiam.

Arguitur? Si non darentur analogae deberent vel univocis, vel cum aequivocis coincidere, sed cum neutris coincidere possunt, ergò dabuntur: probatur mi. quia univoca secundum idem nomen & eandem rationem praedicantur, aequivocorum vero nomen est commune, ratio omninò est diversa: sed analogorum ratio non est omninò eadem, nec omninò diversa, ergò cum illis coincidere non possunt. R. concessa ma. nego mi. cujus probationis primam partem distinguo, univoca praedicantur secundum eandem omninò rationem, ita ut nulla admittant diversitatem nego ma. ita ut etiam aliquam diversitatem admittant, quae tamen univocationem non impediatur, concedo ma.

Z ma.

ma. & distincta similiter altera parte, nego minorem & consequentiam.

Instatur Sequeretur univoca futura æquivoca, sed hoc est inconveniens, ergo: probatur sequela, quia illa sunt æquivoca quorum nomen est commune, ratio verò importata est diversa, sed hic esset ratio diversa, ergo R. negando sequelam, cujus probationis minorem dist. esset ratio diversa secundum essentiam specificam simpliciter nego mi. esset ratio diversa secundum modum, vel ordinem contrahendi, aut secundum perfectionem accidentalem concedo mi. & nego consequentiam; Itaq; sicut in priori questione ostendi, univocationis gradus sunt multiplices, adeoq; secundum unum & alterum majorem, vel minorem diversitatem admittere possunt, quæ tamen non impedit simpliciter univocationem, sed univocationem tantum illam, quæ est in perfectissimo gradu.

VIII.

Urgetur: Quæcunq; diversitas impedit univocationem, ergo nulla solutio; probatur ant. quia si non impediret, denominativa ad ea etiam reduci possunt, sed hæc non reducuntur, & hoc non ob aliam rationem, quam quia diversimodè prædicantur, ergo nec analogæ reducuntur, & consequenter sicut dantur denominativa media, ita debebunt etiam dari & admitti analogæ. R. negando ant. cujus probationis ma. concessa nego mi. quia denominativa aliquando reducuntur ad univoca & hoc frequentius aliquando etiam ad univoca, Ad rationem autem additam in illa minori dico eam non esse, nec consequenter sequi quod si admittantur denominativa media etiam debeant admitti analogæ, quia denominativa tantum in quale prædicantur, analogæ verò, in quid, sicut etiam prædicantur univoca & æquivoca, inter quas prædicationes cum fiant in quid, bene admitti alia potest media in quale.

IX.

Melius est dicere nullo modo dari analogæ media.

Dico 2. Melius tenetur secundum nullam rationem dari analogæ media inter univoca & æquivoca, id est, nec secundum rationem formalem. Hæc in terminis nullus est ante hæc;

Probatur autem Conclusio autoritate D. Augustini dicentis supra omne verbum esse ambiguum, ergo præter æquivocum & univocum nullum datur medium.

Probatur Conclusio etiam ratione: Quia inter prædicata contradictoria non datur medium, sed prædicari de pluribus secundum eandem rationem, & non prædicari de pluribus, secundum eandem rationem sunt prædicata contradictoria, ergo non potest dari medium; subsumo, sed univoca prædicantur secundum eandem rationem, & æquivoca non prædicantur secundum eandem, ergo inter illa non potest dari medium.

Probatur Conclusio secundò.

Si darentur analogæ media inter univoca & æquivoca, maxime formaliter accepta, sed hæc non dantur, ergo: probatur minor: Quia vel illa ratio prædicatur univocè, vel æquivocè de pluribus: si univocè, ergo ad illa reducetur si æquivocè, ergo reducenda erit ad æquivoca,

ergo non erit ratio aliqua media. Confirmatur. Quia non est major ratio de analogis formaliter, quam materialiter sumptis, ergo.

Opponitur: Authoritas Scoti supra, ubi videtur expressè afferere analogæ mediare inter æquivoca & univoca, ergo. Conclusio est contra Doctorem. R. Scotum ibi aliud non intendere quam quod unitas analogæ sit compatibilis cum unitate univocationis, quod est idem, ac dicere quod aliqua æquivoca ita sint talia, in tam imperfecto gradu, ut non implicet ipsis stare eum univocis similiter minus rigorose acceptis. Vel dic eum locutum fuisse cum communiori & ex mente Aristotelis; Quod si autem replices Aristotelem supra admisisse analogæ media, ergo: tunc R. negando quod ullo modo absolute tenuerit hoc, nam postquam loco citato egisset de illis subdit. *sed hæc quomodo docent, dicere quis velit nihil refert, ego volo dicere quod non dantur, ergo secundum Aristotelem nihil refert.*

QUÆSTIO III.

De duabus Divisionibus & Regulis Ante-Prædicamentibus.

Ad cognoscendum ea quæ in prædicamento sunt collocabilia, Aristoteles post traditas definitiones Æquivocorum & Univocorum duas divisiones rerum posuit, & duas regulas in prædicatione ordinata observatū necessarias, quas etiam cum Authoribus communiter expediam breviter.

Itaque Divisio prima est,

Eorum quæ dicuntur alia cum complexione, alia sine complexione dicuntur, Quæ divisio indicat ea quæ in prædicamento sunt collocabilia, an videlicet complexa, an verò incomplexa, scilicet concomplexa, unde hæc definitio principaliter est rerum, seu conceptuum objectivorum, & minus principaliter vocum quatenus res per eas significantur, ita ut sensus divisionis sit, rerum alia significantur conceptibus complexis, ut homo pugnat, leo currit, alia quæ significantur conceptibus incomplexis, ut homo, leo, nam complexio, & incomplexio primò convenit conceptibus, & secundario vocibus.

Secunda Divisio est, Eorum quæ

sunt hæc. Eorum quæ sunt (id est in rerum natura) alia de subiecto (id est parte subiectiva) quidem dicuntur, id est essentialiter prædicantur, in nullo verò proprio subiecto sunt, id est, in nullo accidentaliter inhaerent, ut homo, qui essentialiter prædicatur de Petro & Paulo, in nullo tamen subiecto est inhaerens, & huiusmodi sunt omnes substantiæ secundæ universales. Alia verò in subiecto sunt, id est in subiecto accidentaliter inhaerent, de nullo tamen subiecto dicuntur, id est essentialiter prædicantur, ut albedo quæ quidem inhaeret parieti, non tamen essentialiter prædicatur de pariete, aut ullo alio & huiusmodi sunt omnia accidentia singularia. Alia de subiecto dicuntur, & etiam in subiecto sunt: ut color qui inhaeret parieti & prædicatur de parietis albedine essentialiter, & huiusmodi sunt omnia accidentia universalia; Alia deniq; neg. in subiecto sunt, neg. de subiecto

subiecto nullo predicatur, id est, quæ nec ullo subiecto accidentaliter inhaerent, neq; de ullo inferiori essentialiter predicantur. Petrus, Paulus, & huiusmodi sunt omnes substantiæ primæ, seu omnia individua substantiæ. Ex his duabus divisionibus sequentes duæ deducuntur regulæ, quas tradit Aristoteles cap. 3.

III. Prima Regula est: Cum quidpiam de quopiam predicatur (nempe essentialiter) ut de subiecto eas, quæ de predicato dicuntur, dicantur etiam de subiecto, sic quia homo predicatur de Petro, & de homine predicatur animal, etiam animal predicari potest de Petro. Valet hæc regula ad cognoscendum ordinem eorum, quæ ponuntur in predicamento: nam quæ in recta linea ponuntur debent esse essentialiter subordinata, ita ut superiora in inferioribus includantur & de illis quidditative predicentur. Unde hæc valet tantum pro predicatis essentialibus.

IV. Secunda Regula est, Pro iis quæ in predicamento ponuntur non quidem in linea recta ut prior, sed in linea transversa & laterali ita ut in predicamento progrediendo possimus generibus differentias constituendi & divisivas assignare. Est autem hæc, diversorum generum, & non subalternativorum diversæ sunt specie differentia: si verò subalternativam ponantur, eandem differentias habere possunt. Pro cuius regulæ intelligentia notandum, tribus modis aliqua genera dici diversa; primò & propriissime illa genera dicuntur diversa, quæ collocantur in diversis predicamentis ut animal & scientia, quod exemplum ipse etiam attulit Aristoteles, & hæc simpliciter non sunt subordinata: secundò dicuntur diversa, quæ sunt eiusdem predicamenti unum tamen non continentur sub altero, sed ambo sub tertio: ut animal & planta continentur sub vivente, & huiusmodi genera possunt dici subalternata, non quidem inter se, sed sub tertio. Tertio possunt dici genera diversa quando in eodem predicamento collocantur, ita tamen ut unum sub alio ponatur, ut animal & vivens. Quo notato difficultas est circa hanc regulam qualiter genera non subalternativam posita diversas specie differentias habent, quod breviter expediam unde.

V. Dico I. Genera primò modò diversa nullam habent differentiam communem. Hæc est apud Maltrium communis cum Philosopho & Probatur: Quia non possunt in alia differentia communi convenire, nisi quæ esset divisiva aut constitutiva generis superioris, sed in nulla tali conveniunt excepto ente, quod non impedit quominus dicantur primo diversa, vel in nulla differentia communi convenientia, nam licet sic videantur convenire in aliqua differentia communi transcendentali, videlicet limitatiois, vel finitatis, Philosophus tamen loquitur de differentia communi predicamentali.

VI. Dico 2. Genera secundò modò diversa necessario conveniunt in aliqua differentia communi generis, nempe in illa, quæ est constitutiva illius tertii, cui subalternantur. Patet hæc Conclusio ex prima Regula, Quia quod convenit superiori per se primò, convenit etiam inferioribus, verbi gratia animali & plantæ quæ ponuntur sub vivente.

F. Amandi Hermann Logica.

te. Et per hoc patet etiam de generibus tertio modò diversis, nam quidquid convenit viventi, convenit etiam animali propter rationem assignatam, quod etiam valet de differentia divisiva illius generis, ubi talis reperitur, quod videlicet etiam conveniat generibus diversis subalternatis illi tertio. Dixi ubi talis reperitur, quia dantur genera aliqua diversa quæ subalternantur alicui tertio generi, ut verbi gratia substantia corporalis & spiritualis subalternantur substantiæ, non conveniunt tamen in aliqua differentia communi divisiva substantiæ, quia nulla datur differentia divisiva eius.

Dico 3. Nulla differentia divisiva unius, potest esse divisiva alterius generis. Ita Doct. q. 10. Prædica: prout ipsum Maltrius cit. disp. 6. Log. q. 4. Probatur, Quia si una differentia divisiva unius generis, esset divisiva alterius generis sequeretur idem esse in diversis generibus subalternis, sed hoc implicat, ergo: probatur sequela: Quorum differentia est una, unam habent essentiam: unitas etenim non potest convenire, nisi ab aliqua differentia eadem sicut diversitas à diversa: probatur etiam minor; Quia implicat genera disparata etiam eiusdem predicamenti eandem habere essentiam, ut patet de animalis & planta.

VII. Differentia diversorum non est divisiva alterius.

QUÆSTIO IV.

De Numero Pradicamentorum.

Antequam ad ipsam quæstionem propositam resolvam, Præmittendum est breviter ipsiusmet predicamenti in se examen, quod ordinariè describitur series, seu coordinatio rerum, seu graduum secundum subiectionem & predicabilitatem sub aliquo supremo genere subordinatarum; quæ descriptio quidem ab omnibus recipitur, verum tamen non caret omni difficultate: nam dantur maximè in communi sententia multa predicamenta quæ non habent sic suprema genera, ut etiam genera sub se habent subalternata: ut patet de actione, passione, &c. nec etiam predicamenta ab Aristotele ita sunt suprema, quin supra se habent adhuc aliud genus magis latè patens, ens utiq; supereminet tam substantiam quam accidens, quare dicendum est quod illa particula sub aliquo supremo genere non est sic intelligenda (stando in communi sententia, in cuius favorem hoc limito) quasi necessario deberet sub se habere genera subalternata; sed intelligitur si aliquando sunt, quia ut notat Scotus I. d. 8. q. 3. non est de ratione & essentia predicamenti ut habeat sub se similia genera; nec etiam intelligenda est quasi illud genus ita deberet esse supremum, ut nullum omnino supra se aliud genus, sed quod nullum habeat supra se superius ex illis rebus, quæ ad illud predicamentum spectare dicuntur, verbi gratia non propterea præcisè substantia finita dicitur supremum genus predicamenti substantiæ, quia supra se aliud genus non habet, sed quia nullum aliud genus habet supra se quod esset de predicamento substantiæ, nec Quantitas & qualitas dicuntur genera suprema, quia non habent aliud Genus supra se, sed quia non habent aliud supra se, quod esset de quantitate & qualitate,

I. Describitur predicamentum.



litate quia habent supra se accidens absolutum; similiter reliqua habent supra se genus accidens respectivum, non tamen propterea non sunt prædicamenta, quia nullum genus habent supra se quod spectaret ad prædicamentum quodcunq; particulare; Quod si dicas accidens respectivum esse genus supra accidens, & prædicamentum ad aliquid, quia ad hoc proprie spectat, nihil dicitur, quia Prædicamentum ad aliquid non est quodcunq; accidens respectivum, sed illud quod intrinsecè advenit, unde accidens varie primà sui divisione dividitur in absolutum & respectivum, respectivum iterum in intrinsecus & extrinsecus adveniens, hoc posterius tandem in illas sex ultimas classes. Hoc præmissis Circa titulum quæstionis Variæ & multiplices tum Antiquorum, tum Recentiorum fuere sententiæ, nam Plato unicum tantum admisit prædicamentum scilicet ens: Xenocrates & Andronicus duo, substantiam & accidens; Alii posuerunt tria substantiam, scilicet & accidens absolutum & respectivum, alii quatuor substantiam, quantitatem, realitatem, & relationem, Ita Pavesius, Ammonius &c. & sic ulterius usq; ad Denarium numerum, sicut tenent ordinariè omnes Peripatetici. Econtra verò nonnulli in tantum numerum auxerunt & planè duplicaverunt: nam Pithagorici viginti posuerunt, Ego in hac materia indifferentem me geram, & sicut de numero universalium resolvi, hinc & illinc sic quod; faciam in numero Prædicamentorum unde.

Varie sententia circa numerum prædicamentorum

II.

Plura admitti possunt, quam decem.

Dico I. Stando præcisè in rationibus plura admitti possunt prædicamenta quam decem. Hæc licet apud Authores passim quos legi in terminis non proponatur, in re videtur esse communis & omnium illorum, qui de sufficientia in ratione assignanda, pro illis decem dubitant.

Probatur Conclusio primò.

Secundùm Aristotelem actio & passio constituunt duo prædicamenta, ergò possunt etiam constituere duo ubi actuum & passivum ubi, probatur consequentia, quia omnis ratio que probat dari illa distincta membra, probat etiam ubi actuum & ubi passivum posse constituere duo prædicamenta distincta, quo supposito erunt decem & unum supra, similiter, deberent assignari duo prædicamenta pro Quando, nam tempus, mensura & homo mensuratur, item pro habitu, nam vestis vestit & homo vestitur, & sic jam erunt tredecim.

Probatur Conclusio secundò.

Quia sicut accidens dividitur in novem prædicamenta, sic poterit etiam dividi substantia imò ob perfectionem majorem debet, ergò: probatur ant. Quia eadem ratione quæ accidens impenetrabile constituunt duo prædicamenta, sic poterunt constituere duo substantia corporea & incorporea; item substantia corporea corruptibilis & incorruptibilis, ergò & quia plus differunt substantia spiritualis & corporalis, quàm quantitas & qualitas, similiter corruptibilis & incorruptibilis, ergò debent & poterunt constitui plura prædicamenta quàm decem.

Probatur Conclusio tertio.

Quantitas virtutis est tam verè quantitas, sicut

est quantitas molis, sed quantitas virtutis non continetur in quantitate molis, nec in ullo alio prædicamento, ergò debet constitui aliud particulare.

Probatur Conclusio quarto.

Positivè enervando rationem primariam divisionis. Hæc decem prædicamenta non continent omnes res defacto existentes, ergò non est divisio adæquata: probatur ant. Quia Christus Dominus non est ponibilis in aliquo prædicamento ex illis decem Aristotelis, ergò non ponuntur omnia in illis consequenter divisio non est adæquata: probatur ant. Quia si poneretur in aliquo prædicamento, maximè in prædicamento substantiæ, sed in prædicamento substantiæ poni non potest, ergò: probatur mi. Quia non potest poni ut substantia secunda, nec ut prima, ergò, probatur quòd non ut secunda, quia Christus non est substantia communis, nec etiam ut substantia prima, quia destructo Christo nulla substantia destruitur necessariò, sed sola unio hypostatica: naturæ humanæ ad verbum Divinum manente utroq; extremo, ergò non potest poni in prædicamento substantiæ, sed pro Christo Domino benedicto assignari deberet etiam particulare prædicamentum, quia solus DEUS secundùm se ab Aristotele à prædicamento excluditur, imò pro DEO super omnia benedicto potest poni aliquod particulare prædicamentum, sicut etiam pro entibus rationis negativis & privativis, ergò stando rationi præcisè plura poterunt poni prædicamenta, quàm decem.

Dico 2. Stando præcisè rationibus etiam liberè admitti possunt pauciora prædicamenta quam decem maxime si genus supremum sumatur non pro illo quòd nullum aliud habet super se, sed pro aliquo supremo secundùm quid & in aliquo certo ordine. Videtur esse eorundem Authorum qui supra &c. licet non æqualiter ab omnibus teneatur man.

Probatur Conclusio primò.

Quia quemadmodum omnis substantiarum diversitas ponitur in uno prædicamento substantiæ, ita omnis accidentium diversitas poni potest in prædicamento uno, quo factò non erunt nisi duo prædicamenta, ergò stando rationi bene possunt admitti aliqua prædicamenta pauciora quam decem, probatur ant. Quia ens finitum in sua latitudine primà sui divisione dividitur in substantiam & accidens, ergò bene possunt ista duo poni pro duobus prædicamentis, quia etiam tunc servabuntur exactè requisitæ regulæ ad bonam aliquam divisionem, quia tunc observabitur quòd fiat divisio in proximiora membra sitq; bimembris &c. ergò.

Probatur Conclusio secundò.

Quia quemadmodum accidens ut sic univocè dicitur de omnibus accidentibus tam absolutis quàm respectivis, ita accidens absolutum dicitur univocè de omnibus absolutis & respectivis de omnibus respectivis dici poterit univocè, & sic tantum tria erunt prædicamenta, ergò.

Probatur Conclusio tertio.

Accidens respectivum intrinsecus adveniens unum constituit modo prædicamentum, ergò etiam accidens extrinsecus adveniens consti-

tuere

tuere poterit unum, & sic erunt tantum quatuor, ergo: probatur ant. Quia eandem unitatem & communitatem habet accidens extrinsecus adveniens respectu suorum inferiorum, quam habet accidens intrinsecus adveniens, sed hoc constituit tantum unum prædicamentum, ergo & illud non constituit nisi unum adeoq; sequetur tunc tantum futura quatuor prædicamenta.

IV. **DICO 3.** Si ens sumatur in rigore prout est ille gradus supremus generalissimus, qui non habet alium supra se, qui habere rationem generis, tunc unum potest statui prædicamentum. Hæc videtur esse de mente Scoti l. d. 8. q. 3. N. ubi non observatur ens finitum genus supremum ad decem genera prædicamentorum. Probatur breviter, quia sicuti omnes substantiæ definitio ponuntur sub uno prædicamento substantiæ, ita omnes substantiæ & omnia accidentia simul possunt poni sub uno ente, & sic tunc non erit nisi unum prædicamentum, ergo: probatur ant. quia nihil impedit quo minus ens finitum sit genus supremum ad omnia entia finita, ergo:

Dices. Ens non est univocum, sed analogum, adeoq; perfectè genus esse non potest. Verumtamen hoc nihil est dicere, quia ut supra dixi, bene stat analogia cum univocatione, & ens potest dicere conceptum à differentiis præcisum.

V. **DICO 4.** In sistendo Authoritati adæquatè assignantur decem prædicamenta, idq; ad bonam intelligentiam in Scholis desacto necessario sit.

Prima pars Conclusionis est communissima; Et Patet, quia non modo Aristoteles pluribus in locis asserit decem esse Categorias, verum etiam illas expressè specificat, cap. 4. de præd. Eorum quæ secundum nullam complexionem dicuntur unumquodq; aut substantiam significat, aut quantum, aut quale, aut ad aliquid, aut ubi, aut quando, aut situm, esse aut habere, aut agere, aut pati. Similiter eas enumerat D. Augustinus in Categ. cap. 8. Eorum quæ nullâ copulatione sui dicuntur, quodq; singulari dictum fuerit aut usum significat, aut quantitatem, aut qualitatem, aut ad aliquid, aut jacere, aut facere, aut pati, aut ubi, aut quando, aut habere, Et licet harum Categoriarum primus inventor fuerit Architas Tarentinus, Aristotele tamen approbante & solidè defendente suam esse fecit, ut proinde ex ejusdem approbatione omne robur in Scholis acceperit, ut quodammodo nefas sit refragari, ita ut Suarez numerum prædicamentorum vocet dogma philosophicum.

VI. **Probatur Conclusionis eadem** pars ratione, Illa est bona & adæquata divisio, quando divisum adæquatur omnibus membris dividendis inter se distinctis, sed talis est hæc divisio, ergo est bona & adæquata. ma. est certa, probatur minor ex supposito, quod divisum sit ens in sua tota latitudine finitum; Quia quodlibet prædicamentum est diversæ rationis à quolibet & nullum est ens finitum quod non spectet ad aliquod existis decem, ergo divisio est adæquata; probatur ant. quoad secundam partem, de qua sola in præsentis est questio;

quia prima probabitur in questione sequenti. Quia omne ens reale finitum aut est substantia, aut accidens; si substantia, constituet primum prædicamentum; si accidens, aut est absolutum, aut est respectivum; si absolutum, aut est principium formale impenetrabilitatis & est *quantitas*, aut est penetrabile ex se, & est *qualitas*; si est respectivum, aut est intrinsecus adveniens, & constituet prædicamentum *ad aliquid*: aut extrinsecus adveniens; & est id quod requiritur ad communicandum esse formaliter, tanquam determinatio actualis, aut id quod non sic requiritur: si primum, vel est determinatio activa & est *actio*, vel est passiva & est *passio*; si respectus extrinsecus adveniens, qui non sit talis determinatio, vel requiritur ad aliquid ponendum in loco formaliter & est *ubi*, vel in tempore & est *quando*, vel est dispositio partium rei corporeæ & est *situs*: vel ordo rei ad habitum, vel vestitum, & est *habere*, sed nullum ens reale finitum assignari potest quod non sit aliquod horum, vel reducatur ad unum existis, ergo est divisio bona & adæquata.

Probatur 2. pars Conclusionis.

Quia si non observaretur hic numerus denarius, in Scholis frequentè non intelligeremus oppugnantes, quia quilibet arguere deberet ex suppositione illius sententiæ quæ ponit decem prædicamenta, adeoq; frequentè difficultates aliæ examinandæ terminarentur in questione de divisione & numero prædicamentorum, ergo necessario retinendus est hic numerus denarius ad bonam in Scholis inter pro, & oppugnantes intelligentiam.

Contra hanc Conclusionem

militant omnia argumenta stipendiaria prioribus adducta, quæ tamen non expugnant, nam aliud non probant quàm quod plura, vel pauciora prædicamenta statui potuissent, nec id in conclusione nostra negamus, sed solum asserimus quod stando authoritati bene & adæquate & nunc ad bonam in Scholis intelligentiam necessario assignentur decem, unde non agimus de eo quod fieri potuisset, sed quid bene factum sit. Quare claritatis gratiâ breviter aliquid respondeo, quasi ad singula in particulari, unde ad primam probationem primæ conclusionis. & negando consequentiam & paritatem, disparitas est quia actio & passio veram realitatemq; agendi & patiendi rationem habent, non tamen ubi activum, & passivum: nam licet grammaticaliter circumscriptio activa quæ fundatur in loco circumscribente significetur per verbum activum, non est tamen vera actio, & idem dicendum est de ubi passivis quod veram passionem non significat, ac omnibus aliis prædicamentis posterioribus, Et ratio ulterior est, quia ubi activum est ipse locus locans, locus autem est quantitas recipiens locatum, nulla autem quantitas est activa efficienter, sed solum quasi formaliter, Quod si dicas hanc solutionem nondum esse adæquatam, quia ex ratione actionis debeant admitti plura prædicamenta, quia sicuti propter causæ efficientis & materialis datur actio & passio, ita etiam debet assignari prædicamentum propter actionem finalem & formalem; tuæ Respondeo id quidem verum esse,

VII.

VIII.

Solvuntur argumenta superiora.

esse, quod debeant aliqua prædicamenta assignari eis, sed nego quod debeant esse distincta ab illis decem, actio enim cause finalis simpliciter ad actionem reducitur, formalis verò reducitur ad passionem, quia quando subiectum informatur verè patitur & totum constitutum quodammodo patitur & constituitur passivè, quamvis dici absolute non posset esse verè, propriè & rigorosè passionem, sed minus propriè. Ad secundum argumentum *g.* Hic non attendi majorem, vel minorem perfectionem entitativam, quia sic dubio absq; est quod pro substantia deberent assignari plura prædicamenta quàm unum, quia certissimum est eam esse multo perfectiorem, quàm sit accidens, sed attenditur multiplicitas & diversitas in essendi quæ multoties in accidente variatur, & quia accidentia etiam sunt plura quàm substantia, & quia accidentia sunt magis obvia sensibus, quæ rationes moverunt Aristotelem & Authores passim, ut plura prædicamenta ponerent accidentium quàm Substantiæ. Ad tertium argumentum dico, quantitatem molis reduci ad substantiam, vel ad qualitatem. Ad quartum assero sermonem esse apud nos de prædicamentis naturalis ordinis non verò ordinis supernaturalis, unde Salvatorem nostrum Jesum Christum simpliciter excludimus à prædicamento sicut etiam ipsum DEUM benedictum secundum se de quo plura infra. Et per hæc patet quomodo respondendum sit ad alia argumenta secundæ & tertie conclusionis; Contra quas conclusiones universaliter.

IX.

Solvitur auctoritas Aristotelis.

Opponitur: Auctoritas Aristotelis 10. Met. 12. & 5. Met. 12. dicit: *illa decem prædicamenta esse primo diversa*: id est, in nulla realitate generica convenientia, ergò poterunt pauciora poni, quia alioquin deberet mediare aliqua ratio generica. Similiter 12. Met. t. 19. & 28. dicit *principia rerum id est naturas prædicamentorum non esse eadem, sed diversa, & si dicuntur eadem hoc non fieri nisi analogice*. Post. 108. dicit *unam propositionem in qua unum generalissimum negatur de alio esse immediatam, ut hæc substantia non est quantitas, quia non datur prædicatum superius quod de uno dicatur & non dicatur de alio*, Et 8. Met. l. 16. *ens cum dividitur in decem genera non esse genui ideoq; non esse ponendum in definitionibus eorum quæ ex genere & differentia constant*. Sed *g.* ad 1. Auctoritatè Philosophum per eam non velle quasi in nulla realitate generica deberent, vel possent convenire, sed ea esse ita diversa, ut non modo specie differant, sed & genere, quia nihil unius prædicamenti continetur sub altero. Ad secundam dico eam loqui de principiis rerum, id est materia, forma, & privatione, quæ non nisi analogicè sunt eadem: Ad tertiam Respondeo distinctionem vocat illam propositionem immediatam, si omnia illa decem prædicamenta sumantur veluti immediatè substantia enti finito concedo; si verò sumantur subordinatè pro ut ens primo descendit in substantiam, & accidens, & accidens in absolutum & respectivum, nego ant. & consequentiam corde deducendam, Quia tunc posset per hoc probari quod substantia non sit accidens quemadmodum probaretur quod non sit substantia. Quartam similiter distinguo, Ens

non est genus, si transcendentaliter sumatur veluti propria passio concedo, si sumatur prout dividitur in illa decem membra, nego ant. & consequentiam; imò cum Doctore respondere potest eum ibi non resolutivè, sed disputativè loqui.

Arguitur Etiam ex ratione Divisionis in decem prædicamenta est realissima à parte rei, ergò non est liberum intellectui, vel voluntati facere plura, vel pauciora, patet ant. quia revera non fit per operationem & fictionem intellectus, vel alterius potentie probatur consequentia, quia nec intellectus, nec voluntas possunt aliquid reale extra se producere, ergò nec realem coordinationem rerum mutare, & consequenter non erit liberum eis facere plura, vel pauciora prædicamenta, sed *g.* dist. est realissima quoad subordinationem graduum inclusorum divisi in membris dividendis, & quoad entitatem quomodocunque consideratam concedo ant. quoad enumerationem & assignationem plurium graduum medianium & intercedentium, & quoad eorumdem restrictionem, nego ant. & similiter distinguo consequens, & nego consequentiam. Itaq; licet illæ series, seu rerum coordinationes sint veræ & a parte rei, adhuc tamen liberum est ut intellectus enumerare plures, vel enumerare pauciores possit, quia per hoc non variantur & mutantur entitates, sed ex pluribus gradibus inclusis aliqui recensentur, non recensitis aliis, quod in Moralibus, vel Civilibus faciliè declaratur: nam Imperator, vel Rex Catholicus in pluribus suis regnis habet Legiones militum ad defensionem Patriæ cuiuslibet, potest tamen omnes legiones dicere unum exercitum, vel plures, & quamvis qualibet legio supremum haberet caput adhuc Generalissimum ipsis sufficere & præponere potest, quam singuli respiciant.

Instatur: Unum & multa sibi opponuntur, sed si plura sunt, ergò ad minus non poterit dici quod tantum unum sit. *g.* dist. ant. si eodem modo & sub eodem respectu sumantur, concedo ant. si diversimodè diversòq; respectu accipiantur nego ant. & consequentiam. Itaq; præterquam quod supra docui unitatem non esse ita unam, quin sub alia ratione possit dividi in multa, scilicet unitas generica in multas species, unitas, specifica in multa individua etiam in ipsa conclusione; tertia limitavi rigorem per hoc quod addiderim si genus rigorosè sumatur, non verò si sumatur minus rigorosè.

QUÆSTIO V.

Quomodo prædicamenta inter se distinguantur?

Quæstio hæc non procedit de prædicamentis illis quæ ad libitum sibi quislibet stando & insitendo rationi fabricare & coordinare possit, quia sic non esset dubium, quin diversa prædicamenta sibi identificari possint, ita ut pro nullo modo realiter distinguantur: quia si pro omnibus proprietatibus passionibus & differentis specialia collocarentur, non esset dubium quod realiter identificarentur rebus quarum sunt proprietates & passionis; Est ergò sermo

Sermo de praedicamentis Aristotelicis prout communitur in Scholis circumferuntur, & de iis prout prima intentionibus; Circa ut substantia duplex est sententia, prima est Thomistarum asserentium ea non distinguuntur distinctione ex natura rei, sed solum aliqua distinctione rationis ratiocinata; Thomistas sequuntur Vasquez, Suarez, Toletus, Hurtadus, Averis &c. Secunda est Scotistarum post Doctorem 2. d. 3. q. 4. D. quos sequuntur Nyphus, Paulus, Venetus, Cajetanus, Cum qua sententia ad quaestionem resolutive.

prietatis. Sed contra; Ideo proprietates, passiones & differentiae debent reduci ad illud praedicamentum cuius sunt, quia ipsi realiter identificantur, sed si non distinguerentur ab ipsis invicem, realiter sibi invicem identificarentur, ergo deberent etiam ad idem praedicamentum reduci, propter omnimodam rationis paritatem; ergo nullae duae res realiter identificatae ponuntur in diversis praedicamentis.

Opponitur: Autoritas Scoti 2. d. 1.

q. 5. Ubi concedere videtur posse negari res diversorum praedicamentorum distinguuntur realiter, & sufficere distinctionem formalem, ergo ex mente Scoti non distinguuntur realiter. R. negando consequentiam, quia ibi Scotus non locutus est assertive, sed solummodo in responsione ad argumentum, quia videbatur sufficere pro solutione illius argumenti, quia si praedicamenta formaliter distinguuntur, relatio creaturae ad DEUM cum sit formaliter separabilis a creatura, poterit poni in alio praedicamento, unde aliam ibi dat resolutionem adhuc; Unde hoc potius adfert ex mente aliorum.

IV.

Solvitur autoritas Scoti.

Instatur. Scotus citatus q. 1. non ex mente aliorum, sed assertive dicit figuram spectare ad quantitatem, quatenus est superficies terminata lineis, quatenus vero dicit ipsamet terminationem linearum, spectare ad praedicamentum qualitatis, ergo non solvitur argumentum ex autoritate. R. negando consequentiam. Quia Scotus non dicit unam eandem rem quantumcunque consideretur diversimode spectare diversa praedicamenta, sed docet figuram esse nomen aequivocum & significare duo distincta rationis, primo enim significat superficiem terminatam lineis, & sic sumptam spectare ad praedicamentum quantitatis: secundo dicit ipsam terminationem quae distinguitur realiter & a lineis terminantibus, & a superficie terminata. & sic ipsam spectare ad praedicamentum qualitatis, quod nihil est contra nos, imo etsi aperte hoc Scotus assereret, conclusio nostra non rueret, quia tantum dicimus id probabile esse quod realiter distinguantur, per hoc enim non nego probabiliter quoque posse sustineri non distinguuntur realiter. Sed

Scotus dicit figuram esse nomen aequivocum.

Urgetur. Habitus est una eademque res significans vestem, vel tunicam aptam ad corpus cooperiendum, sed hic spectat ad duplex praedicamentum scilicet substantiae & habitus, ergo una eademque res non in sensu aequivoco spectat ad diversa praedicamenta, probatur minor, quia certum est, quod in quantum est substantia spectet ad praedicamentum substantiae, & in quantum refertur ad vestitum ad habitum, ergo. R. distinguendo mi. habitus spectat ad duplex praedicamentum essentialiter nego mi. accidentaliter & denominative concedo mi. quia res essentialiter unius praedicamenti, accidentaliter denominatur alterius: sic non modo habitus ad substantiam & habitum spectat, sed etiam Petrus essentialiter spectat ad praedicamentum substantiae, accidentaliter & denominative ad praedicamentum ad aliquid, in quantum Pater, quae ratio paternitatis est accidens adveniens ipsi, & ab ipso separabile, sic habitus spectat etiam ad ultimum praedicamentum.

Habitus spectat ad duplex praedicamentum accidentaliter.

Dico. Probabile est decem praedicamenta Aristotelica, prout per Scholas vagantur, realiter inter se distinguuntur: haec est ad mentem sententiae posterioris.

Probatur Conclusio primo.

Res quae sunt ejusdem praedicamenti distinguuntur realiter, ergo etiam res diversorum praedicamentorum ant. patet, nam substantia spiritualis & corporea sunt ejusdem praedicamenti & tamen certum est substantiam spirituales & corporales distinguuntur realiter, ergo: probatur etiam consequentia. Res diversorum praedicamentorum plus differunt quam res ejusdem praedicamenti, sed res ejusdem praedicamenti distinguuntur realiter, ergo etiam & multo magis res diversorum praedicamentorum, probatur ma. quia res diversorum praedicamentorum sunt genera primo diversa, id est in nulla realitate generica convenientia, sed quae non sunt sic convenientia necessario distinguuntur, ergo; probatur mi. quia nullam possunt habere differentiam communem, ergo.

Probatur Conclusio secundo.

Substantia essentialiter distinguitur ab accidente, sed primum praedicamentum est substantia, secundum, tertium &c. usque ad decimum sunt accidentia, ergo etiam ab illis distinguitur: sublimo, sed eadem ratione differunt etiam secundum & tertium a quarto, & sequentibus: quia omne absolutum realiter distinguitur ab omni respectivo quod est simpliciter tale, ergo distinguuntur omnia realiter; Probatur subsumptum, Ideo substantia distinguitur ab accidentibus, quia non potest identificari, quia illa est ens per se, accidens ens in alio, sed accidens absolutum ens ens ad se, accidens vero respectivum ens ad aliud, ergo etiam distinguuntur.

Probatur Conclusio tertio.

Si aliqua duo entia realiter identificata possent poni in diversis praedicamentis, ut de substantia, & quantitate docent Adversarii, de fundamento & relatione (de quibus infra) non esset ratio quare proprietates & differentiae rerum non ponerentur directae in aliquo praedicamento, quod tamen adversarii non fatentur, sed hoc est absurdum, ergo, nullae duae entitates sibi identificatae ponuntur in diversis praedicamentis, consequenter sequitur quod omnia erunt realiter distincta.

Dices, Magnam esse diversitatem de proprietatibus & differentis, & de ipsis praedicamentis: quia proprietates & passiones debent reduci ad illud praedicamentum, cuius sunt pro-

in quantum est fundamentum relationis habitus.

V.
Relationes
mobilitatis
&c. reducuntur
ad
substantiam

Arguitur: Ex ratione. Relatio dependentiæ creaturæ ad DEUM veluti ad creatorem. Item relationes mobilitatis, risibilitatis, & omnes aliæ aptitudinales spectant ad prædicamentum relationis, sed istæ nõ sunt realiter distinctæ, sed potius realiter identificatæ, ergo omnia decem prædicamenta non sunt inter se realiter distincta, & negando ma. Propter illam universalem regulam, quod *quidquid realiter identificatur alicui, debet reduci ad prædicamentum illius rei cui realiter identificatur*, sic omnes relationes reales identificatæ substantiæ reducuntur ad prædicamentum substantiæ, non quidem formaliter & directè, sed reductivè & propter identitatem,

Tales sunt
etiam omnes
transcendentiales.

Instatur: Omnes relationes intrinsecus advenientes spectant ad prædicamentum ad aliquid, sed enumeratæ relationes sunt omnes intrinsecus advenientes, ergo spectant ad quartum prædicamentum, patet ma, quia sicut omnes quantitates, vel omnes qualitates reducuntur ad quantitatem & qualitatem, ita etiam relationes reducuntur ad relationem; probatur mi. quia illæ sunt relationes intrinsecus advenientes quæ positæ extremis necessariò resultant, sed enumeratæ relationes positæ extremis necessariò resultant, ergo: & dist. ma. Relationes intrinsecus advenientes prædicamentales concedo ma. transcendentales nego ma. similiter distingo mi. sunt relationes prædicamentales nego mi. transcendentales concedo mi. & nego consequentiam. Itaq; quidem verum est quod omnes relationes intrinsecus advenientes spectent ad prædicamentum ad aliquid, non verò transcendentales, quæ tales vocantur: quia suis subjectis identificantur, ut licet necessariò sequantur, non sequantur tamen distinctæ, sed realiter identificatæ.

Urgetur. Ideò relationes similitudinis ponuntur in prædicamento ad aliquid, quia sunt intrinsecus advenientes, ergo etiam istæ poni debent in illo, Probatur consequentia, quia non est ratio, quare potius relationes similitudinis in quarto collocarentur prædicamento & non etiam relationes dependentiæ mobilitatis & omnium aliarum aptitudinalium, ergo. & concedendo ant. & consequentiam negando, disparitas est, quia relatio similitudinis participat rationem accidentis, non sic verò participat relationes identificatæ, nam relatio similitudinis aptitudinem habet ad inherendum alteri, quam aptitudinem non habent allegatæ illæ alteræ, cum sint identificatæ substantiis quæ nullo modo alteri inherere possunt, unde si mavis poteris distinguere ant. Ideò de eo quia sunt accidentia concedo, ideò præcisè in quantum posito fundamento sequuntur nego ant. & consequentiam.

I.
Si alia prædicamenta
ponerentur
ab istis deberent
etiam
esse alie
conditiones.

QUÆSTIO VI.

Quenam conditiones requirantur ad Ens prædicamentale, seu ut aliquid ponatur in prædicamento?

Hæc quæstio quoque instituitur ex suppositione communis sententiæ ponentis de-

cem genera prædicamentorum, & de mente Aristotelis, nam hac seclusa, licet, sicut Aristotelis defacto & post ipsum communis requirit, ut illud quod ponitur in prædicamento sit ens finitum, ita non videtur quare ens non possit poni pro genere generalissimo, & sic sub eo tam DEUS benedictus, quam creatura poneretur, imò non video quare non possit simpliciter poni sub genere substantiæ, quæ primà sui divisione divideretur in Increatam & creatam sumendo genus & substantiam pro aliquo conceptu communi contrahibili per modos intrinsecos, ita quod non requiratur ut contrahatur per differentias aliquas veras: secundò quod requirit debere esse ens reale per se completum & etiam voluntarie & gratuitò asseritur ab Aristotele, cum non implicet ponere aliquam coordinationem rerum per accidens, incompletarum, negationum privationum & entium rationis; Verùm tamen, quia dixi propter bonam in Scholis correspondentiam non esse à communi divisione; quæ jam rationem axiomatis Philosophici habet recedendum, ideò etiam eas condiciones quas Aristoteles requirit ad coordinationem in prædicamento hic examinabo. Unde pro clariori intelligentia dicendorum.

Notandum primò. Poni rem aliquam in prædicamento nil aliud esse, quam posse habere rationem subjecti in illa serie & coordinatione rerum, quæ prædicamentum appellatur, seu in illo ordine deducto à supremo genere per species intermedias, usque ad ultimum individuum. Tripliciter autem potest aliqua res poni in prædicamento, directè scilicet, indirectè & reductivè; directè ea ponuntur, quando genus supremum in linea recta prædicari potest de iis in quid veluti de genere sub alterno, specie & individuo; indirectè, seu collateraliter ponuntur illa, per quæ naturæ genericæ dividuntur & species constituuntur, & sunt omnes differentiæ essentialis: Reductivè denique ea poni dicantur quæ neutro modo directò collocantur, pertinent tamen aliquomodo ad illa quæ sic ponuntur, vel ut partes integrantes, ut manus, caput, pedes &c. vel ut partes Physicæ essentialis, ut materia, forma respectu compositi Physici, vel ut passionis & proprietatis, vel ut rerum termini, ut puncta respectu linearum, vel ut negationes & alia huiusmodi.

Notandum secundò. Illa dici entia completa Physicæ, quæ, vel non concurrunt, vel non sunt nata concurrere tanquam partes ad compositionem alicujus Physici, vel essentialis, vel integram, vel si nata sunt concurrere ad compositionem integram, adhuc tamen ita concurrunt ut habeant denominationem totius quod constituunt, eandemque essentialiam Metaphysicam: tunc adhuc debent conferri entia completa ut contingit in partibus homogeneis & similibus, verbi gratia aquæ, cujus partes separatæ habent eandem essentialiam quod sint aqua &c. hoc verò non contingit in partibus heterogeneis, nam licet manus abscissa, imò corpus ab anima separatam videatur habere rationem totius, eam tamen non habet: nam imprimis dicit semper rationem partis, quia

II.
Explicatur
quid sit
poni in
prædicamento.

III.
Quæ sit
entia completa.

quia etiam in statu separationis habet aptitudinem ut informetur ab anima velut pars integralis, nec etiam ullo modo habet eandem essentiam Metaphysicam quam ante habuit, unde similes partes, vel etiam corpus possit dici poni in prædicamento non quidem veluti pars essentialis, sed veluti aliquod totum integrale. Metaphysicè verò completa ea censentur ad hoc ut in prædicamento collocari possint, quæ sunt prædicabilia de suis inferioribus in quid, & per modum totius potentialis, ac veluti per se stantis, ut sunt genera & species, hinc differentiarum excluduntur quæ non prædicantur de suis inferioribus in quid & per modum per se stantis, sed per modum accidentis & in quale.

prædicamenta sunt earum rerum coordinationes, quæ veram habent essentiam, sed sola entia realia positiva veram habent essentiam, ergò illæ solæ ponuntur in prædicamento directè, hinc excluduntur negationes, privationes, entia rationis, sicut etiam existentia & passiones, quæ sicut non nisi identicè sunt res, ita etiam non nisi reductivè ponuntur: sicut etiam negationes & privationes. Quòd autem debeant etiam esse ens per se, patet tum ex notabili tertio, tum quia Philosophus 5. Met. 14. qui cum divisisset ens in ens per se, & ens per accidens, ens per se sub divisit in decem prædicamenta. Quòd autem debeat esse ens finitum probatur: Quia quidquid in prædicamento collocatur, aut est genus, aut est species, aut individuum, sed ens infinitum non potest esse genus, nec species, nec individuum, ergò ad hoc ut aliquid sit in prædicamento, debet esse finitum. Patet ma. quia prædicamentum est series & coordinatio rerum sub aliquo supremo genere per species subalternas usque ad individuum contentarum, nec intellige individuum exclusivè, sed inclusivè, quia verè est ens unum completum finitum in se, continens omnia prædicata lineæ prædicamentalis quibus subicitur: probatur ergò mi. Quia genus & species dicunt perfectivum & perfectibile & species componitur ex genere, individuum ex specie & differentia individuali, sed ens infinitum non potest ex his constitui cum sint omnia finita, & infinitum non constituitur ex finito. Hanc rationem & hanc simul partem magis declarabo probando, disput. sequenti acturus de substantia.

IV. *De prædicamento*

Notandum tertio. Ens per se illud

esse quod non est compositum ex subiecto & accidente, neque ex partibus quæ per se & ex natura sua non sunt ordinata ad mutuum unionem ad modum perfectivi per se, & perfectibilis per se; e contra verò illud est ens per accidens, quod sic componitur scilicet ex subiecto & ex accidente, & ex rebus quæ non sunt natæ ad mutuum inter se unionem, exemplum primi est albus, verbi gratiâ homo albus; exemplum secundi est acervus lapidum. Unde autem colligatur quod aliquid sit ens perfectibile per se, & alterum perfectum ordinaria assignatur regula duplex: Primò quando res sunt diversorum prædicamentorum, quæ cum ex communi inter se realitèr distinguantur, res in eis collocatæ sunt etiam realitèr distinctæ, & ideò, quia unum non ordinatur ad alterum, nec unum ab altero necessariò ex natura sua præcisè & intrinsicè dependet, ideò faciunt unum per accidens, sic albedo, quia ipsa non est nata esse partem alicujus entis intrinsicè, ideò cum homine facit ens per accidens, materia verò & forma faciunt unum per se, quia ex natura sua est pars entis intrinsicè receptiva actûs & perfectionis per se, scilicet formæ, hinc est altera regula, tunc etiam fieri unum per se, quando neutrum est ens completum & directè in prædicamento collocatum, ut liquet de materia & forma, quia quidquid directè in prædicamento ponitur ex rebus Physicis, debet esse ens completum, ut statim dicam, quod verò est ens completum non est ab alio perfectibile saltem per se, & hæc regula universalis erit si addas, si fuerit ab eo realitèr distinctum, unde Plato & Bucccephalus non faciunt unum per se: Et per hanc regulam excluduntur omnia artificiatâ quæ talia, quia constant ex materia, verbi gratiâ ligno, lapide, &c. & forma artificiali, quæ pertinet ad qualitatem, vel relationem. His Itaque prænotatis facilius erit quaestioni resolutione ad quam

Interim Probatur ultima pars

Conclusionis ex Arist. 7. Met. 8. ubi expressè rejicit materiam à prædicamento; quod etiam postmodum docuit Scotus, imò etiam de corpore prout est altera pars compositi substantialis & anima rationali, ac omnibus differentiis essentialibus. Patet etiam hæc pars per notabile secundum. Sed

Arguitur I. Contra particulam quòd

debeat esse ens per se. Angelus defacto ponitur in prædicamento, sed angelus non est ens per se, ergò non requiritur, ut aliquid ponatur in prædicamento, quod sit ens per se: major certa: probatur mi. Quia ens unum per se debet partes habere, quarum una se habeat per modum actûs, & altera per modum potentia, seu quarum una sit per se perfectibilis, & altera perfectiva; sed angelus non habet tales partes, ergò non est ens per se, & consequenter non requiritur ut sit ens per se. R. negando mi. concessa majori, probationem minoris dist. Unum ens per se debet habere partes Physicas, vel Metaphysicas, seu quasi partes, scilicet genus & differentiam, concedo ma. debet habere partes semper Physicas, nego ma. & distinctâ similiter mi. nego utramq; consequentiam. Itaq; quando dicitur quòd unum per se debeat constare ex partibus perfectibili & perfectiva, intelligendum est, tunc, quando aliquid habet tales partes Physicas ut per hoc excludantur entia Physica, quæ non constant talibus partibus.

IV

VI.

Ut aliquid sit ens per se non debet habere semper partes Physicas.

Instatur: Nihil constat genere nisi quod

constat materiâ, sed angelus non constat materiâ

A a

teriâ

V. *De prædicamento*

Dico I. Ad hoc ut aliquid directè ponatur in aliquo prædicamento, requiritur quod sit ens reale, positivum, finitum, unum per se & completum. Hæc est Aristotelis pluribus in locis, & est in Scholis etiam communis sententia,

Adeoquè Probatur quoad

singulas partes & primò quòd debeat esse ens reale positivum, tum quia Aristoteles 5. Met. 14. & 6. Met. 4. dividens ens in anima, id est ens rationis, & extra animam, id est reale, postea in decem prædicameta subdividit, tum quia

F. Amanâi Hermann Logica.

teriã, ergò nec constat genere, consequenter si non habet genus non crit ens unum per se & nec sic in prædicamento collocabile, probatur ma. quia genus desumitur à materia, ergò nihil constat genere nisi quod constat materia. R. dist. ma. Nihil constat genere nisi quod constat materiã Physicã nego ma. materiã Metaphysicã concedo ma. Per materiã autem Metaphysicã intelligo gradum aliquem, vel formalitatem perfectibilem ab altera formalitate, quem admodum materia perficitur à forma servatã utrobique; proportionem.

Urgetur: Angeli sunt actus puri, ergò non constant genere, quia genus semper est perfectibile R. dist. ant. sunt actus puri Metaphysicè, nego ant. Physicè concedo ant. & nego consequentiam. Per purum actum Physicum autem aliud non intelligo, quàm quòd non includat materiã per formam Physicã perfectibilem.

VII.
Corpus ut dicitur alteram partem compositi viventis non ponitur directe in prædicamento.

Arguitur 2. Contra particulam quòd debeat esse completum. Corpus est ens directe in prædicamento collocabile, sed corpus non est ens completum, ergò ut aliquid ponatur in prædicamento requiritur ut aliquid sit completum; probatur ma. quia corpus immediate continetur sub substantia, probatur etiam minor, quia illud ens dicitur incompletum, quod dicit ordinem, aptitudinem partis ad constituendum aliquid totum per se unum, sed corpus dicit ordinem ad animam, ergò non est quid completum. R. dist. ma. corpus est directe ponibile in prædicamento prout dicit alteram partem compositi substantialis viventis, nego ma. prout dicit totum aliquid potentiale, vel etiam totum integrale concedo ma. & distinguo similiter mi. non est ens completum prout consideratur veluti aliquid individuum quod dicit & habet rationem partis in ordine ad aliquid totum constituendum; concedo mi. prout dicit totum potentiale & rationem communem Metaphysicam nego mi. & consequentiam. Itaque expressè docet Scotus quod corpus in quantum est altera pars compositi, quod nõ ponatur directe in prædicamento in 4. d. I. q. 3. Hh. Verba ejus sunt sequentia. Est ideò universaliter in quolibet animato necesse est ponere illam formam, quã corpus est corpus aliam ab illa quã est animatum, non autem loquor de illa quã est corpus, hoc est individuum corporis, quod est genus: nam quocumque, individuum sua forma est tale individuum, vel taliter corpus, ut corpus est genus & habens corporalitatem, sed loquor de corpore, ut est altera pars compositi substantialis; per hoc enim non est individuum, nec species in genere corporis, nec in genere substantia, quod est superius, sed tantum per reductionem.

Instatur: Equus, vel homo mutilatus est verum corpus, quod directe ponitur in prædicamento, & non solum per reductionem, seu est corpus quod sub genere corporis & substantia continetur, sed equus & homo mutilatus non est aliquid completum, ergò adhuc potest aliquid incompletum directe poni in prædicamento, & non tantum per reductionem; ma. est certa: probatur mi. quia tam corpus quàm partes abscissæ, verbi gratia pedes, brachia &c. dicunt ordinem ad se invicem veluti partes ali-

quod totum nata construere, ergò. R. concedo ma. distinguendo mi. non est completus integraliter transeat, non est completus essentialiter nego mi. & consequentiam. Itaque non requiritur quòd semper sit completum integraliter, sed sufficit etiam quòd sit completum essentialiter, & ideò dixi in notabili secundo quod partes etiam possint poni in prædicamento, dummodo retineant denominationem totius, & hinc est quòd asseram tam partes homogeneas quàm heterogeneas, quã denominationem totius retinent, inter entia completa referri debere, & ideò per hoc magis explicio ea quã dixi in notabili secundo. Sed restat adhuc

Alia Difficultas examinanda, an videlicet omnia quã in prædicamento ponuntur, debeant in abstracto, vel in concreto in eis collocari & sumi? Circa quam materiã, quantum ad substantiam non est quidem difficultas, omnes enim conveniunt posse & debere in concreto sumi: Circa accidentia verò putant Nypsius, Toletus, Blancus, Amicus, debere in concreto disponi. Scotus verò contra asserit debere in abstracto, & cum eo Tuentes, Connimb. Complutenfes &c. Verumtamen

Dico 2. Res substantiales collocantur in suo prædicamento in concreto, accidentales verò possunt poni tum in abstracto, tum in concreto, dummodo cetera ejusdem prædicamenti eodem modo exprimentur, non tamen in ultimata abstractione. Hæc est contra duas priores sententias; videtur tamen esse Ruvio Aversæ, Cajetani, Maltrii: &c. Quantum ad primam partem est communis sententia & patet quia omnia exprimentur in concreto; nam substantia, Corpus, vivens, animal, homo omnia concreta sunt.

Probatur etiam ratione, Quia in tantum res ponuntur in prædicamento in quantum gradus superior est prædicabilis de gradu inferiori, sed gradus superior non prædicatur de inferiori in abstracto, ergò. probatur mi. Quia hæc est falsa prædicatio, animalitas est rationalitas, ergò: probatur ant. quia ut sit aliqua vera prædicatio debet intellectus concipere illud in esse, quod de aliquo prædicat, sed quando res concipitur in abstracto, non concipitur veluti in existens, ergò tunc non potest verè de illo prædicare, consequenter illa est falsa prædicatio, rationalitas est animalitas.

Probatur Conclusio quoad alteram partem: Tum quia Philosophus accidentia utroque modo expressit, scilicet & in abstracto & in concreto, ut patet in prædicamentis quantitatis & qualitatis: Tum quia accidentia, seu entia de prædicamento accidentis tam in concreto quàm in abstracto possunt verè de se invicem prædicari, & sibi invicem subijci, ergò tam in concreto quàm in abstracto poni possunt: probatur ant. quia istæ sunt veræ prædicationes hoc album est album, item hæc albedo est albedo, album est coloratum, albedo est color, ergò. Dixi non tamen ultimam, quia ut dixi in priori parte ultimam abstractionem non dicit ordinem subijcibilitatis & prædicabilitatis ad aliud quiddam, quia equitas est tantum equitas. Verumtamen contra particulam illam

VIII.
Res substantiales ponuntur in concreto in prædicamento.

illam qua dico quod accidentia etiam possint poni in concreto.

VIII. **Opponitur** Autoritas tam Scoti q.

15. univ. ubi dicitur *concreta accidentia non esse in genere, nisi reductivè loquendo simpliciter*: tum Aristotelis 3. Top. cap. 1. ubi ait, *Iustitiam, & non iustum esse in predicamento*, ergo accidentia non ponuntur in concreto in predicamentis. Attamen ad utramque autoritatem R. quod Scotus & Aristoteles, vel loquantur de concreto pro aggregato ex subiecto & accidente, vel quod non sit in predicamento nisi ratione forme significatæ, & quia coordinatio concretorum pendet à coordinatione formarum, sicut universalitèr verum est denominativa pendere à formis denominantibus.

IX. **Arguitur** Etiam contra positionem in abstracto. Accidentia debent poni eodem

modo in predicamento, quo respiciunt substantiam, sed substantiam respiciunt in concreto & non in abstracto, ergo in predicamento non ponuntur in abstracto. R. concessa mi, negando ma. quia quomocunque exprimentur accidentia, propria passio ipsorum est aptitudo, seu naturalis exigentia ad respiciendam substantiam tanquam illud à quo dependant in esse & conservari, naturalitèr loquendo tamen absolute possent accidentia conservari sine subiecto, ut patet de accidentibus Eucharisticis.

Instatur: Accidentia in abstracto sunt incompleta, ergo nequeunt sic poni in predicamento. R. negando ant. quia non predicantur ut pars essentialis, vel integralis Physica, imò si essent talia in abstracto essent talia, ut patet de differentis quomodocunque exprimentur.



DISPUTATIO II. DE PRÆDICAMENTO SUBSTANTIÆ.

Descendo post examinationem predicamentorum in communi ad examinanda eandem in particulari, inter que tum ob perfectionem, tum quia ceterorum basis est & fundamentum primum locum occupat sibi substantia, unde post Aristotelem etiam de ea hic agam, & examinabo tam essentiam ejus, quam divisiones & proprietates, unde sit

QUÆSTIO I.

Quid sit Substantia, seu in quo consistat ratio ejus formalis constitutiva?

L. *Substantia*

Substantia non modò apud sacros & profanos Scriptores, verum etiam apud Philosophos variè accipitur, nam primò accipitur pro aliquo rei fundamento, sic D. Paulus in Epistola ad Hebræos cap. 11. dicit: quòd fides sit *substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium*. Et similiter Luca 16. accipitur pro possessione, divitiis & bonis fortunæ, nam loco citato habetur sic: *da mihi portionem substantiæ quæ me contingit*, quod etiam in vulgari sermone est frequentissimum. Apud Aristotelem lib. de mundo invenitur etiam quòd substantiam accipiat pro rebus, quæ non in apparentia, sed in rei veritate sunt, sic dicit quòd eorum quæ certantur in aère partim specietenus esse, partim substantiam habere, Apud Philosophos verò ordinariè accipitur pro natura & essentia alicujus rei, sic dicit D. Augustinus lib. 2. de Moribus Manich. cap. 2. *Nulla natura malum, si quod contranaturam est id erit malum: & cap. 8. Nulla substantia est mala*. Sed hæc acceptio non est ad propositum præsens, quia sic comprehendit etiam accidentia, quæ veram naturam veramq; habent essentiam, in proposito autem naturam substantiæ inquiri prout contradistinguitur ab accidente, ut opposita juxta se posita magis elucescant, nam etiam de accidente in sublequente agam disputatione. Qualitèr autem explicari possit quomodo distinguitur multi variant, mihi videtur tamen optimus iste esse modus, quod quemadmodum rationes formales distinguendi DEUM à creatura sunt esse à se &

esse ab alio, sic rationes formales distinguendæ substantiam ab accidente sunt esse per se & esse in alio. Esse autem in alio intelligo ens aliquod aptum natum existere in altero, quod dupliciter contingere potest, vel tanquam in subiecto informationis, & sic sunt formæ substantiales informantes in materia veluti in subiecto & anima rationalis in corpore humano & in hoc sensu accidentia non sunt in alio, quia non sunt in alio tanquam formæ informantes materiam primam, per se & substantialitèr unum per se constituentes. Secundò ergo sumitur pro subiecto inhesionis, & sic sunt omnia accidentia in subiectis suis, sive illa sint materialia, sive spiritualia cum quibus non faciunt unum per se, & hoc vel actualitèr, sic est albedo & dulcedo in lacte, vel aptitudinalitèr sicuti sunt accidentia Eucharistica, quæ licet actu non sint in subiecto suæ ultimato actu, sunt tamen aptitudine, ex eo quòd connaturalitèr putant illi in esse nisi per divinam impedirentur potentiam. Econtra verò non esse in alio potest iterum triplicitèr sumi & intelligi, primò negativè prout dicit illam duplicem negationem essendi in alio scilicet actualitèr, vel aptitudinalitèr, veluti in subiecto inhesionis & si sic sumatur potest appellari propria passio negativa substantiæ: secundò pro ineptitudine positiva ad inhærendum alteri & sic est aliquis respectus aptitudinalis quo substantia est apta nata per se stare sine dependentia actuali, vel aptitudinali ad aliud, tanquam ad subiectum inhesionis: tertio denique pro perfectitate quæ est ratio formalis constitutiva substantiæ & distinctiva ipsius ab omni alio, & de hac perfectitate, seu per se statione quaeritur in quaestione, an sit ratio formalis

F. Amandi Hermann Logica.

malis constitutiva substantiæ? secundo an sit quid positivum, vel solum aliquid negativum? ubi diversimodè sentiunt Auctores; Communior tamen est sententia post Scotum 1. d. 3. q. 3. D. Thomam 1. contra Gentes cap. 25. cum qua

II.
Describitur
Substantia.

Dico 1. *Substantia est ens per se, seu perfectas est ratio formalis constitutiva substantiæ.* Hæc est communior Scotistarum & etiam D. Augustini cap. 9. *Cat. Substantia dicitur, proprie dicta quæ neg. in subiecto est, neg. de subiecto significatur ut hic homo, hic equus.*

Probatur primò. Illud est ratio formalis constitutiva alicujus quod per se constituit ipsum in esse talis, & distinguit ipsum ab omni alio quod non est tale, sed ens per se, seu perfectas constituit substantiam in esse substantiæ, & distinguit ipsam ab omni alio, ergò perfectas erit ratio formalis constitutiva substantiæ; major est certa, probatur minor. Quia nihil est sic per se nisi sola substantia, & quælibet substantia est sic per se, ergò: probatur ant. quia si esset aliquid, maxime accidens, sed hoc non est: quia hujus ratio est esse in alia prout supra explicui, ergò.

Probatur secundò à paritate. Sicut se habet accidens absolutum ad respectivum, ita se habet substantia ad accidens, sed accidens absolutum est ens ad se, seu non dicit respectum ad aliud, sed simpliciter manet in se sistens, ergò substantia erit ens per se existens, seu nullum dicens respectum & ordinem ad aliud, & consequenter perfectas erit formalis ratio constitutiva substantiæ.

III.

Arguitur: Forma substantialis vera est substantia, sed forma substantialis non est ens per se existens, ergò male dicitur substantiam esse ens per se, seu perfectatam esse rationem formalem ejus: probatur minor, forma substantialis dependet ab alio veluti à subiecto, ergò forma substantialis non est ens per se; probatur ant. quia forma substantialis dependet à materia, tam bene sicut accidens à subiecto, ergò, probatur ant. quia sicut accidens non potest existere naturaliter sine subiecto, ita nec potest formaliter naturaliter existere sine materia, ergò. R. negando mi. cujus probationis ant. distinguo, forma substantialis dependet ab alio veluti à subiecto cum quo faciat unum per se, concedo ant. cum quo faciat unum per accidens nego ant. & consequentiam. Accidens itaque non facit cum subiecto unum per se, sed præsupponit semper illud jam factum.

Instatur: Facere unum per se non est ratio distinguendi & differendi essendi modi in alio, ergò impertinenter adfertur, consequenter nulla solutio. R. dist. ant. Facere unum per se non est ratio distinguendi & differencia essendi in alio sub expressa ratione essentiarum transeat, ant. Facere unum per se &c. in quantum exiit facere unum per se sequitur alius modus existendi, nego ant. & consequentiam. Modus autem iste resultans est eò quòd ex forma & materia resultat quoddam compositum substantiale, quod nullo modo est, vel esse potest in alio: unde forma sicut ex se non est completa

substantia, ita etiam non habet statim completum essendi modum per se, sed habet tamen jam inchoatum, quia una cum materia in composito completur.

Urgetur. Compositum accidentale etiam sic se habet, ergò nulla solutio, probatur ant. quia sic lignum nullo modo esse in alio veluti in subiecto, ita etiam lignum album nullo modo potest esse in alio, ergò compositum accidentale etiam sic se habet. R. dist. ant. Compositum accidentale etiam sic se habet ratione formæ accidentalis, nego ant. ratione formæ substantialis concedo ant. & consequentiam, unde quando lignum album non potest esse in alio veluti in subiecto, hoc oritur ex forma substantiali, quod inde patet, nam etià superficies alba est compositum ex forma accidentali & subiecto, & tamen non est subsistens per se, sed necessario exigit esse in alio, hinc negari potest absolute antecedens Ursonis. Verumtamen adhuc contra conclusionem potest argui, quòd non conveniat soli substantiæ, sed etiam accidenti, quare.

Arguitur secundò. Nulla quidditas & essentia alicujus rei potest convenire alteri rei, sed esse per se convenit alteri, ergò esse per se non est ratio constitutiva substantiæ: probatur mi. quia convenit accidentibus, ergò, probatur, accidentia possunt per se existere ut patet de accidentibus Eucharisticis, ubi qualitates sunt sine ultimo subiecto, quantitas verò sine omni profus, ergo. R. concedo ma. negando minorem cum ant. probat. cujus probationem distinguo, accidentia possunt per se existere & stare ex sua vi nego ant. vi & virtute alienà concedo ant. Itaq; Accidentia Eucharistica non existunt & per se stant suà virtute & vi, sed vi alienà nempe DEI virtute, quia ea efficienter manent & supplet defectum subiecti.

Dico 2. *Perfectas non consistit in duplici negatione actuali & aptitudinali inherencia in alio, sed est simpliciter aliquid positivum.* Hæc est etiam communis Scotistarum contra Soncinam 5. Met. q. 14.

Probatur Conclusio. Ex Doct. 2. d. 3. q. 2. §. contra ista. Nihil simpliciter repugnat alicui enti per solam negationem, sed esse in alio simpliciter repugnat substantiæ, ergò non per negationem, probatur ma. negatio hincibilitatis in homine non fundatur in aliquo negativo, neque negatio rationalitatis in brutò, sed simpliciter in aliquo positivo.

Probatur secundò. Nihil potest esse simul alicujus rei essentia & proprietas, sed negatio essendi in alio est proprietas substantiæ, ergò non potest esse ejus essentia.

Dices. Non possumus explicare substantiam nisi per ordinem ad negationem essendi in alio, ergò ratio perfectatis substantiæ formaliter consistit in illa duplici negatione. R. negando consequentiam. Quia multa non possumus explicare nisi per alia, que tamen nullo modo sunt de ejus essentia: sic non possumus explicare relationem nisi per ordinem ad extre-

ma, causam per ordinem ad effectum, potentiam per ordinem ad obiectum, ubi tamen extrema non sunt essentia relationis, effectus quoque non est essentia causae, nec obiectum est essentia potentiae.

DICO 3. *Perseitas etiam non consistit in re-*

secundu aptitudinali ad quem sequitur negatio essendi in alio. Probatur. Quia sicut nihil positivum vere constituitur per aliquid negativum, ita nihil absolutum per aliquid respectivum, sed ille respectus aptitudinalis est merum quid relativum, ergo non poterit in illo consistere ratio substantiae & perseitatis. Hinc dicendum quod illa aptitudo ad existendum sine dependentia ad aliud emanet à perseitate veluti à radice.

QUAESTIO II.

Quod nam sit supremum genus in Pradicatione Substantiae.

Quoniam Substantia prout contrahitur ab accidente trifariam sumi potest; Primum prout comprehendit omne illud, quod per se & à se existit & nulli alteri inheret, nec acti, nec aptitudine & sic comprehendit tam Deum, quam substantias creatas, tam simplices quam compositas, tam completas quam incompletas; & hoc modo accepta substantia dicitur à subsistendo & non à substando, quia Deus super omnia benedictus substantiarum substantia est, & tamen nulli rei subsistat minus alicui accidenti. Secundò modo accipitur pro omni eo quod per se non tamen à se existit, & sic comprehendit substantias creatas tantum, sive illae complete fuerint, sive partes integrales, vel essentielles &c. & dicitur talis non solum à subsistendo, sed etiam à substando, quia omnis substantia creata subsistere potest accidentibus. Tertio strictissime accipitur prout comprehendit omne ens creatum in se & per se existens, intelligendo per se illud quòd non solum excludit inhaerentiam, sed etiam esse in alio ut pars in comparte, vel ut pars in toto & in hoc sensu comprehendit tam substantias simplices quam compositas. Ex his itaque; tribus accipiendi modis substantiae queritur quanam substantia, seu in quanam acceptione substantia constituat supremam genus substantiae, seu primi pradicamenti. Circa quam materiam quintuplex est sententia. Prima sententia est Gregorii Major. Marfilii Bonetti Averse & Nominalium, qui constituunt supremum genus pradicamenti substantiae in prima acceptione utpote qui omnes affirmant Deum in largiori acceptione posse esse in pradicamento substantiae. Secunda sententia est Ammonii, Simplicii, Boethii & plurimorum Graecorum qui substantiam in secunda acceptione pro supremo genere statuunt, & consequenter asserunt non modo partes substantiales, vel integrales in pradicamento ponunt, sed etiam omnes differentias essentielles in eo collocant. Tertia sententia est Plotini, Alberti, Aegyptii Honorati qui asserunt solum substantiam corpoream supremum genus. Quarta sententia est Nyphi, Averroes, Gandavenfis qui substantiam corpoream cor-

ruptibilem pro supremo genere collocant, ut non modo angelos cum priori sententia, verum etiam caelos à pradicamento substantiae excludant. Quinta denique est communissima sententia quae substantiam completam finitam, realem, sive illa sit spiritualis, sive materialis, prout sumitur in tertia acceptione, pro supremo genere constituit, & haec sententia est Scoti Scotistarum D. Thomae & Thomistarum communiter. Quia tamen hi authores non distinguunt de directa & indirecta positione, seu prout aliqua directè & aliqua reductivè in pradicamento aliquo constituuntur, idèd forte medià incedam vià. Interim.

DICO I. *Substantia in primo accipiendi modo ex pra allegatis non constituit supremum genus pradicamenti substantiae.* Haec sententia non modo in Scholis realibus communis, verum etiam est clara & expressa meo D. Augustini lib. 4. Confessio. cap. 16. ubi sic ait: *Et satis aperte mihi videbantur loquentes de substantiis sicuti est homo, & quae in illis essent, sicuti est figura hominis, qualis sit, & statura quot pedum sit: & cognatio cuius frater sit; aut ubi sit constitutus; aut quando natus; aut stes, an sedeat, an calcet, vel armatus sit, aut aliquid faciat, aut aliquid pariat, & quaecumque in his novem generibus quorum exempli gratia quaedam posui, vel in ipso substantiae genere innumerabilia reperiuntur; Quid mihi hoc proderat quando & oberat cum etiam te Deus meus mirabiliter simplicem, atque incommunicabilem illi decem pradicamentis putans quidquid esset omnino comprehensum, sic intelligere conarer quasi & tu subjectum esses tuae magnitudinis aut pulchritudinis, aut illa essent in te quasi subjecto sicut in corpore cum tua magnitudo & tua pulchritudo sis tu ipse, corpus autem non eo sit magnum quo corpus est, quia etsi minus magnum & minus pulchrum esset, nihilominus corpus esset, falsitas enim erat quam de te cogitabam non veritas & signum miseriae meae, non firmamenta beatitudinis tuae. Insuper enim & ita fiebat in me, ut terra spinas & tribulos pareret mihi & cum labore perventrem ad panem meum.* In quibus verbis expressè D. Augustinus asserit Deum super omnia benedictum non contineri in pradicamento allegatis rationibus, quia quidquid in pradicamento collocatur, vel est subjectum accidentium, vel ipsum accidens. Deus verò propter suam summam simplicitatem & immutabilitatem non potest subsistere accidentibus. Item lib. 7. de Trinit. cap. 5. ut eum refert Scotus 1. d. 8. q. 3. 8. Tene opinionem meam mediam, ubi expressè dicit Augustinus: *Manifestum est Deum abusive vocari substantiam, supra quae verba explicant qualiter nam convincat, sic loquitur, Haec ratio sic tenet (intellige eò quod Deus non possit subsistere accidentibus) Non intelligit quod ratio substantiae sit subsistere accidentibus, sed ut substantia est genus, est limitata, omnia autem substantia limitata est capax accidentis, ergo substantia quaecumque, est in genere potest subsistere alicui accidenti, Deus autem non, ergo.* Augustino concordat Mellissus, Bernardus qui semper & ubiq; immutabilitatem DEI summe concelebrat, & omnem ab eo excludit imperfectionem qualis est subsistere accidentibus. Unum locum Eius quo nobis specialius favet adduco Sermo 6. in Cant. Cant. Ubi postquam Sermonem quinto egisset

II. In prima acceptione non constituit hoc pradicamentum.



de quatuor spirituum generibus videlicet Dei, Angeli, hominis & pecoris differuisset singulisque, ad munia sua exercenda corpora aliqua attribuisse (Ex mente intelligi aliorum, & dubitanter loquendo, vel intelligendo per corpora accidentium variationem) tandem, veluti perfectionem soli Deo competentem cõcludit: Deum omnino incorporeum, seu omnimodè ilimitatum, ut nullo modo accidentibus substatere possit dicens: *Demus, ergò securi veram soli Deo, sicut immortalitatem, ita & incorporeitatem, quod solus spirituum universam corpoream naturam eo usq; transcendat, ut quocumq; corpore* (Nota bene quocumq; corpore etiam angelico) *in quocumq; opere non indigeat, solo spirituali natu cum vult, ad quacumq; vult agenda contentu &c.* Ex qua autoritate sic deducitur conclusio, Illud quod est summè simplex & minis compositum quàm Angeli, non potest constare genere & differentia, sed omne quod ponitur in prædicamento debet esse sub genere, ergò Deus cum sit simplicissimus nullo modo sub prædicamento contineri potest. Favet huic conclusioni D. Bernardus non modò in allegato loco, sed etiam in omnibus illis in quibus Deum necessarium infinitum & perfectissimum solidissimè propugnat. Accipe clarum ejus textum Serm. 51. de diversis ubi hæc habet. *Unus Deus est non habet sui generis cui valeat comparari.* Sed quæ ponuntur in prædicamento debent ad alia comparari, ergò: Et ne longior sum addo mentem ejus in puris terminis lib. 3. de Amore Dei cap. 10. *Deus est summà & æterna substantia non subiecta prædicamenti vocum, aut cogitabilium.*

Probatur Conclusio etiam

ratione per Doctorem insinuata. Omne genus ut genus dicit partem essentiæ, ergò genus ut genus est quid limitatum, probatur consequentia: solum finitum potest esse pars alicujus totius, ergò si genus est pars alicujus totius ex sua ratione formali est finitum & limitatum, probatur aut. quia nullum infinitum potest habere rationem partis, cum infinito nihil majus sit, parte autem est majus totum, subsumo substantia genus hujus prædicamenti ut genus est ens limitatum, ergò Deus summè infinitus non poterit contineri sub ea veluti sub genere & consequenter, Deus in prædicamento poni nequit, & ulterius sequitur quòd nec substantia in prima acceptione sit supremum genus hujus prædicamenti, quia in illa acceptione etiam comprehendit Deum super omnia benedictum. Sed Contra Conclusionem.

III.

Opponitur: Autoritas D. Augustini 5. Trinit. cap. 2. ubi ait: *Est tamen (Deus) sine dubitatione substantia, vel essentia, Exodi 3. Ego sum qui sum, quod enim mutatur non servat ipsum esse.* Damasceni 1. de Justific. cap. 7. dicit incorpoream esse differentiam substantiæ & sub se continere Deum & angelos: & 5. Trin. cap. 8. ait iterum D. August. quædam prædicamenta dici propriè de Deo, substantiam, scilicet relationem, & actionem, cætera impropiè & metaphorice. R. ad primam Authorem D. Augustini cum ibi non asserere, quòd Deus possit poni in prædicamento substantiæ, sed dicere Deum substantiam esse, quod vocabulum est

natum representare tam substantiam prædicamentalem, quàm ipsum Deum & hoc ex eo quia Philosophi & Patres nomina adhibita ad significandas substantias creatas etiam adhibent ad significandam increatam, ut dicit: *Essentiam dico* (capite octavo,) *quæ & in Græce dicitur quam usitatum* (nò dicit propriè, sed ex communi quodammodo usu) *substantiam vocamus.* Ad secundam autoritatem ejusdem Doctores Sancti dico eodem modo eum solummodo velle quòd termini significantes prædicamenta illa possunt etiam dici de Deo non in sensu prædicamentorum illorum, sed in propria significatione absq; imperfectionibus quæ prædicamenta involvunt, ut sunt potentialitas, limitatio, compositio &c. Unde dicit 7. Trinit. cap. 3. Deum non esse ens scilicet prædicamentale, sed super ens, neque substantiam, sed super substantiam, eodem modo Responderi potest ad Autoritatem inter mediam D. Damasceni, Quod si Aristoteles adduceretur etiam pro contraria sententia explicari possit, quòd per Deum intellexerit non verum Deum quem agnovit, sed Deos positos ab antiquis qui dicebantur substantiæ quædam superiores subtilissima corpora habentes similes homines iis tamen perfectiores quia immortales.

Instatur. Omnis substantia substans accidentibus potest poni in prædicamento substantiæ, sed Deus potest substatere accidentibus, ergò poterit poni in prædicamento substantiæ, probatur mi. Illud est accidens quòd potest adesse, vel abesse sine subiecti corruptione, sed hæc potest esse in DEO, ergò: probatur, Deus sine sua corruptione dicitur Justificator, dicitur creator &c. sed hæc possunt adesse & abesse & Deus ipsis substat, ergò. R. dist. negando minorem cum minori probationis, cujus probationem dist. Dicitur Justificator & Creator per formam accidentalem intrinsecè in DEO inhaerentem & in ipso subiectatam nego ant. ma. per extrinsecam denominationem concedo ma. & nego minorem pro secunda parte, cum consequentia.

Urgetur: Volitio quæ Deus voluit ab æterno esse creator est realis forma, sed illa potuit non esse in Deo, ergò etiam aliquid accidens reale est in Deo: probatur mi. Illa volitio est libera, sed de ratione liberi est ut possit esse, vel non esse, ergo illa volitio potuit non esse consequenter accidens est, & aliquid in Deo. Ad hoc argumentum fusè responderetur in primo sententiarum, ubi explicatur quomodo non obstante immutabilitate Deus liberè produxit hunc mundum & omnia ad extra pro nunc. R. dist. mi. Illa volitio potuit non esse quantum ad substantiam, nego mi. quantum ad respectum rationis concedo mi. Itaq; volitio illa in substantia necessaria est sicuti ipse Deus, & veluti sunt omnes actiones immanentes Dei, sunt enim ipsemet Deus realitèr, libera dicitur tamen per respectum rationis quo contrahitur ad Creaturam, unde per hoc quòd non fuisset volitio creandi mundum solum tollitur respectus rationis & non aliquid reale.

Dico 2. *Si res considerentur quomodocumq; in prædicamento collocabiles, sive directè, sive indirectè* & redu-

IV.

In secunda
acceptione
potest sub-
stantia esse
& redu-

et reductive, supremum genus praedicamenti substantiae est substantia in acceptione secunda. Hanc apud Auctores quidem sic propositam non reperi, excellentissimo tamen in re eam futurum communem.

Probatur Conclusio primò.

Authoritate Aristotelis qui in capite de substantia defendit partes integrantes veras esse substantias, quia non sunt in alio veluti in subiecto, sed veluti in toto Et 5. Met. 15. Inter substantias enumerat partes: & lib. 12. t. 12. substantiam dividit in materiam formam & compositum. Favet etiam Scotus quaest. 14. praed. ubi dicit: hanc Rationale est substantia esse verioris ista quantum est substantia; imò expressè ibi videtur concludere differentiam in genere substantiarum verè esse substantiam.

Probatur Conclusio secundò:

ratione. Illa verè debent collocari in praedicamento substantiae veluti suo supremo genere, quibus competit ratio substantiae, sed omnibus contentis sub substantia in secunda acceptione competit ratio substantiae, ergò erit genus ad illa, probatur mi. ratio substantiae est esse per se, seu per se subsistere, ita ut non sit in alio veluti in subiecto cum quo faciat unum per accidens, sed hoc competit omnibus illis, ergò: probatur mi. substantia in secunda acceptione comprehendit tam partes essentielles quàm integrales, tam completas quàm incompletas, sed omnes illae partes natae sunt facere unum per se & non sunt natae esse in alio veluti in subiecto, ergò. Imò satis probabiliter etiam censeferi hoc potest de differentis, quia licet illae modum in essendi habeant quasi accidentalem, reverà tamen non sunt in alio veluti in subiecto inhaesionis, nec concurrunt ad faciendum unum per accidens, sed unum per se, ergò de illis idem ferendum esset iudicium, & quamvis non possit formaliter de illis praedicari, hoc in primis ad indirectam reductionem non requiritur, potest tamen substantia de illis identice praedicari.

Dico. 3. Eorum quae directè in praedicamento collocantur supremum genus huius praedicamenti est substantia in tertia acceptione, scilicet finita & completa, contrahibilia per differentias ad omnes substantias completas finitas, tam corporeas quàm incorporeas, ita ut etiam comprehenduntur angeli & corpora caelestia. Est Communis Scotistarum & Thomistarum & est etiam expressè Philosophi 5. Met. 15. & 7. top. 5. ubi expressè inter species substantiarum enumerat demonia, caelos & astra.

Probatur Conclusio etiam

ratione; Quia tam angeli quàm corpora caelestia (de quibus tantum est difficultas) habent omnes condiciones reponibilium in praedicamento, ergò: ant. patet, quia sunt entia realia finita, completa ac univoca convenientia in ratione substantiae, ut sic cum aliis substantiis sublunariis.

Confirmatur ratio: Quia illis con-

veniunt affectiones huius praedicamenti, ergò conveniunt in ratione substantiae, probatur ant. quia substantiae accidentibus; angeli enim substantiae volitionibus & intellectibus, corpora caelestia quantitati & luminari, admittunt etiam

contraria, quia angelus est capax amoris & odii, caelum modò illuminatur modò lumine privatur, sunt etiam entia per se existentia ex genere & substantia constantia: ergò.

Opponitur Authoritas Aristotelis

10. Met. 16. Corruptibile & incorruptibile differunt genere, sed corpora caelestia non sunt corruptibilia, ergò non conveniunt in genere substantiae cum sublunariis. R. cum Doctore in 4. d. 6. q. 10. Philosophum loqui de genere Physico, id est de materia, non verò de Logico: & haec est communis explicatio: nam saepe Philosophus accipit genus pro materia, & patet etiam, quia nulla duo sunt ejusdem generis Physici, bene tamen Logici, quod potest continere nulla non pertinentia ad idem genus Physicum.

QUAESTIO III.

De Divisione Substantiae in Primam & Secundam.

Aristoteles capite 5. de Categ. quod

I. est de substantia, eam divisit in primam & secundam, Substantiam primam vocat, (quae neque de subiecto dicitur) id est de nullo inferiori essentialiter praedicatur (neque in aliquo subiecto est) id est nulli subiecto inhaeret: Et ulterius ait, substantiam primam esse maximè substantiam, non ideò praecise ut volunt aliqui, quod subter omnibus accidentibus singularibus, sed etiam quia substat ipsis substantiis secundis, seu praedicatis essentialibus, & nullum aliud ens, sive sit substantia, sive accidens substat ulterius primae substantiae, quare ibidem docet Philosophus species infimas esse magis substantias quàm subalternas, quia magis accedunt ad substantias primas. Substantiam secundam describit, quae non inest quidem subiecto scilicet inhaesionis, tamen de subiecto aliquo dicitur, id est praedicatur de aliquo inferiori formaliter verbi gratia: homo de Petro & Paulo &c. In terminis sic ait Aristoteles, Secunda substantia dicuntur species in quibus ea quae principaliter substantiae dicuntur (id est primae) insunt & harum specierum genera. Utraque substantia dupliciter accipi potest, primò & secundò intentionaliter. Substantia prima primò intentionaliter sumpta, est quae non potest communicari pluribus cum sui multiplicatione & tales substantiae primae sunt omnia individua & singularia; secundò intentionaliter sumpta est, quae de uno solo praedicari potest: Substantia secunda primo intentionaliter sumpta est, quae est communicabilis pluribus ea communicabilitate scilicet quae requiritur & sufficit ad universalitatem, seu ad rationem naturae communis; Secundò intentionaliter sumpta, quae est praedicabilis de pluribus, prout sunt omnia genera & species. His praenotatis in hac quaestione inter Auctores controvertitur, an praedicta divisio sit aliqua propria divisio, vel potius sit enumeratio plurium accidentium? Plures sunt qui putant esse veram divisionem, scilicet subiecti in accidentia. Attamen contra tales

Explicatur quid Aristoteles intelligat per substantiam primam & secundam.

III. Substantia dicuntur species in quibus ea quae principaliter substantiae dicuntur insunt & harum specierum genera.

II.

Divisio illa non est aliqua propria dicta.

Dico I. Praedicta divisio substantiae in primam & secundam non est vera aliqua divisio propria dicta.

diſt. II. ant. tenet Pontius diſp. 12. Logicae, quaestione ſecunda. Probatur Concluſio diſcurrendo per omnes diſiſionis ſpecies. Omnis bona & proprie dicta diſiſio aut eſt totius actualis in partes eſſentiales, ut ſi homo dividatur in corpus & animam; vel in partes Metaphyſicas, ut ſi divideretur in animal & rationale; aut in partes integrales, ut ſi homo ſecerneretur in caput, manus, pedes, &c. Aut eſt totius potentialis in partes ſubjectivas, ut dum animal dividitur in hominem, & brutum; aut eſt diſiſio accidentis in ſua ſubjecta, qualis eſt haec alborum aliud eſt homo, aliud ſaccharum; aut accidentis in accidentia, ut alborum aliud eſt fluidum, aliud eſt molle; aut ſubjecti in accidentia, ut hominum alius eſt doctus, alius in doctus, pius alius, alius ſceleratus &c. ſed nulla ex his dividitur ſubſtantia in primam & ſecundam, ergo: ma. patet: minor probatur. Quia nihil dividitur in illas tanquam totum actuale, quia ſubſtantia prima completa, nec eſt pars eſſentialis, vel integralis alicujus rei, ſed nec etiam tanquam totum potenziale; quia quidquid eſt totum potenziale in genere ſubſtantiae, eſt ſubſtantia ſecunda, ſeu univerſalis, vel communicabilis de pluribus, & ſic continetur ſub altero membro diſiſionis; ergo non poteſt eſſe diſiſum in illa diſiſione, quia nunquam diſiſum debet contineri ſub aliquo membro dividende; ſed nec etiam tanquam accidens in varia ſubjecta, quia non ſignificatur hic quod aliquid unum accidens conveniat ſubſtantiae primae & ſecundae, nec tanquam accidens in accidentia, quia non proponitur aliquid accidens unum in ſpecie, in diverſis ſubjectis conjungi cum diverſis accidentibus; nec denique tanquam ſubjecti in diverſa accidentia, quia neque hic proponitur aliquid unum ſubjectum, quod afficeretur proprietatibus & accidentibus diverſis, ergo non eſt aliqua vera & propria diſiſio, quia praeter enumeratas ſpecies nullae aliae dantur verae & propriae diſiſiones.

III.
Non eſt diſiſio ſubjecti in accidentia diverſa.

Dices. Eſſe diſiſionem ſubjecti in accidentia diverſa, ſicut eſt hominis in doctum & in indoctum, ergo eſt bona diſiſio; probatur ant. ſicut haec eſt diſiſio ſubjecti in accidentia homo alius eſt doctus, alius indoctus; ita etiam haec, ſubſtantia alia eſt univerſalis, alia ſingularis. R. negando ant. cum ſua probatione & ratio diſparitatis eſt, quia quotiescunque dividitur ſubjectum aliquid in accidentia diverſa ipſum ſubjectum debet multiplicari, ſicut multiplicatur homo doctus & indoctus, alioquin poſſet quis dicere bene idem omnino numero ſaccharum bene & propria ac vera diſiſione dividi in ſaccharum album, & in ſaccharum dulce: quia ſuppono nunc quod tale ſit ſaccharum, quod habeat albedinem & dulcedinem ſimul, id tamen nequaquam dici poteſt, ergo neque in caſu noſtro cum etiam non multiplicentur ſubjecta, ſed tantum ſignificatur quod diverſa accidentia competant ſubſtantiae eidem, verbi gratia, univerſalitas & ſingularitas.

Instabis Idem numero ſaccharum in natura cum dulcedine ſibi inhaerente facit unum ens reale ſaltem per accidens, realiter diſtinctum ab illo quod facit cum albedine, & ſic ſub-

jectum adhuc multiplicari dici poteſt, ergo etiam ſic dicendum de ſubſtantia prima & ſecunda & conſequenter erit adhuc diſiſio ſubjecti in accidentia. R. diſtinguendo ant. facit unum ens reale &c. reduplicative tranſeat ant. ſpecificative nego ant. & conſequentiam. Ut autem ſit diſiſio ſubjecti in accidentia, non ſufficit quaecunque multiplicatio, ſed requiritur ut etiam ſpecificative multiplicetur, ut patet de ſupra & communiter allegato exemplo, dum homo dividitur in doctum & indoctum, quia in hac diſiſione non eſt idem homo cui competit utrumque ſimul, ſimiliter quando animal dividitur in hinnibile & riſibile tanquam in proprietates, tunc utrumque contrahitur per differentias, quae conſtituunt plura entia realiter diſtincta, ut de ſe patet.

Urgebis. Doctus ſubtilis videtur omnino ſentire eſſe diſiſionem ſubjecti in accidentia. ergo adhuc ſtandum eſt in primo argumento. R. explicando Doctorem, cum ſcilicet aliud nihil velle, quam quod ſit ibi enumeratio plurium accidentium, non vero propria aliqua diſiſio. Hinc

Dico 2. Quando Ariſtoteles dixit ſubſtantiam aliam eſſe primam, aliam ſecundam, nihil aliud voluit, quam enumerare accidentia & proprietates quae uni eidem rei ſecundum diverſas formalitates competunt. Haec eſt in re communis.

Probatur Concluſio. Subſtantia ſecunda eſt realiter identificata ſubſtantiae primae, ergo quando dicitur, quod alia ſit prima, alia ſecunda, aliud non ſit, quam quod enumerentur plura accidentia ei convenientia, ant. patet ex dictis, ubi ſtatui quod natura communis quae appellatur ſubſtantia ſecunda, ſit identificata ſingularibus quae dicuntur ſubſtantia prima: probatur conſequentia. Eſſe praedicabilem de pluribus ex una formalitate, & non eſſe praedicabilem de pluribus, ſed de uno ſolo ex alia, ſunt mera accidentia, ſed natura & ſubſtantia ſecunda eſt praedicabilis de multis, & prima de uno ſolo, quae ſubſtantiae ſibi realiter identificantur, ergo dum dicitur quod ſubſtantia alia ſit prima, alia ſecunda, aliud nihil ſit, quam quod recenſeantur diverſa accidentia.

QUAESTIO IV.

De Diſiſione Subſtantiae in corpoream & incorpoream.

Quamvis Ariſtoteles de hac diſiſione ſubſtantiae nullam hic fecerit mentionem, videtur tamen non incongrue hic examinari ex eo quod ordinare poſt definitionem adferatur diſiſio, in re autem haec diſiſio multo celebrior eſt quam prior, unde etiam paulo diligentius pertraſtanda. Antequam autem ad aliquid reſolvendum accedam, praenotandum tam Spiritum, ſeu ſubſtantiam incorpoream, idem enim eſt, quam corpus, ſeu ſubſtantiam corpoream multipliciter accipi poſſe. Et in primis Spiritus aliquid accipitur provento & aere ut patet Gen. 8. ubi habetur: adduxit Spiritum ſuper terram, & diminuta ſunt aquae, aliquando pro humore

more melancholico sic dicitur proverb. 17. Spiritus tristis exsiccat ossa. Item aliquando pro spiritibus vitalibus, vel animalibus, imò pro ipsa anima sensitiva: sic dicitur Eccles. 3. *Quis novit si spiritu filiorum adam ascendat sursum, & spiritus iumentorum descendat deorsum*; quo sensu dicuntur animalia bruta, dum moriuntur, spiritum exhilare. tandem accipitur proprie pro spiritu, pro ut opponitur corpori: in prioribus enim locis omnia quae dicebantur spiritus, erant etiam corpora, seu corporalia; prout verò opponitur corpori scriptura, de spiritu clarè habet Lucæ 24.

Palpate & videte quia spiritus carnis & ossa non habet. Corpus similiter multipliciter accipitur: Primò pro corpore Physico, quod constat ex materia prima & forma corporeitatis, de quo latè in Physica; secundò accipitur pro Mathematico, estq; tertium membrum cum linea & superficie dividens quantitatem, & dicitur etiam quantitativum, quia habet trinam dimensionem secundum longitudinem, latitudinem, & profunditatem: Mathematicum, quia Mathematici illud veluti à materia abstractum secundum illas dimensiones præcisè considerant. Sumitur pro corpore Metaphysico tertio, quod est illud, de quo in linea reèta prædicamentali prædicatur substantia, estq; illud quod constat substantia veluti genere & differentia corporea. In præfenti autem non agam de corpore Mathematico, nec de Physico, vel Metaphysico præcisè, sed de eo prout ab utroq; abstractabitur; & de spiritu non in quacunq; acceptione, sed prout opponitur corpori in hac acceptione scilicet pro veris substantiis, hinc & illinc inquirendo, in quo nam ratio eorum formalis consistat? In qua materia plures repetuntur sententiæ. Prima minimè fundata & veluti erronea à Theologis rejecta, est Renati des Cartes part. 2. Philof. n. 4. qui rationem formalem corporis ponit in actuâli extensione, seu in eo quòd res sit extensa secundum longum, latum, & profundum. Secunda sententia est Patris Vasquez, Granado, Hurtadi & aliorum, qui dicunt rationem formalem corporis consistere indivisibilitate in partes integrantes, seu in habentia partium integralium extensivarum; eò contra verò rationem spiritus in carentia partium extensivarum. Tertia sententia est aliorum innominatorum, qui spiritum explicant per independentiam à materia, corpus verò per dependentiam. Quarta deniq; sententia est Arriagæ, Oviedo, qui statuunt corporis rationem in impenetrabilitate substantiæ cum alio ejusdem rationis; rationem spiritus verò in penetrabile. Sed hæc sententiæ omnes videntur multum difficiles, unde prius eas refutabo antequam meam aperiam mentem: quare.

Dico I. Falsa est sententia & erronea quæ dicit quòd ratio corporis consistat in actuâli extensione secundum longitudinem, latitudinem, & profundum. Hæc est omnium qui Theologicè Philosophantur, quamvis apud nullum sic proponatur.

Probatur Conclusio. De fide certum est in sacrosancta Eucharistia esse verum & reale corpus Christi, sed in Eucharistia corpus Christi non habet extensionem secundum longum, latum, & profundum: ergò falsa est & erronea sententia quæ dicit rationem corporis consistere in actuâli extensione illa: probatur mi. Quia in Eucharistia non solum est totus Christus in hostia consecrata, sed etiam totus in qualibet illius parte, ut patet ex hymno D. Thomæ. Tantum sub fragmento quantum toto tegitur, ergò.

Dices. Corpus Christi licet ibi sit, non habere tamen modum naturalem corporis, sed miraculosum aliquem, adeoq; non est ibi secundum præcisam rationem corporis. Sed contra; Ille modus miraculosus tollitne rationem corporis, vel non? si non, ergò erit ibi corpus secundum rationem formalem corporis, sed illud non est actualitèr extensum, ergò non consistit ejus ratio in actuali extensione; si tollitur, ergò falsum est quòd sit ibi corpus, quod tamen hæreticum est asserere & expressè contra Concilium Tridentinum Sess. 13. cap. 3. Contra secundò Corpus Christi in Eucharistia habet modum quantitativum, & omnes perfectiones non dicentes ordinem ad locum, ergò multo magis ipsam rationem formalem corporis utpote cum illo plurimè subjectentur perfectiones, ut patet de pulchritudine, figura. Contra tertio: si non haberet ibi naturalem modum, sequeretur ibi Christum, nec habere auditum, nec visum, aut ullum alium sensum qui tamen requirunt rationem præ viam formalem corporis.

Dico 2. Non bene explicatur ratio formalis corporis per dependentiam à materia & spiritus per talem independentiam.

Probatur Conclusio; quoad primam partem non implicat, quòd datur ali-quod corpus omninò simplex, imò defacto plurimi tenent ita cælum esse corpus simplex, sed tale corpus tunc non dependeret à materia, ergò malè explicatur ratio corporis per dependentiam à materia, quia hoc esset corpus & tamen à materia non dependeret, probatur ma. Quia sicut datur substantia spiritualis incompleta simplex, verbi gratià anima rationalis, & substantia completa simplex verbi gratià angelus, ita similiter poterit dari incompleta simplex corporalis ut materia corruptibilium & completa simplex qualis esset corpus illud simplex verbi gratià cælum, empy reum aut ali-quod aliud.

Probatur etiam Conclusio ex parte spiritus quòd scilicet ejus ratio non consistat in independentia; Angeli sunt spirituales, sed in certum est an Angeli dicant dependentiam à materia, vel non, ut clarè demonstrat D. Bernardus in libris de Consideratione & Sermone 6. in Cant. Cant. ergò malè explicatur ratio formalis spiritus per independentiam à materia.

Confirmatur; quia non implicat quòd DEUS creet angelos qui dependant à materia, sed illi angeli essent adhuc spirituales, ergò non explicatur bene ratio formalis angelii per independentiam à materia, patet major ex mente plurimorum sanctorum Patrum, qui defacto

III.

IV.

Ratio corporis non bene explicatur per dependentiam à materia.

III

III

Bb

defacto

defacto putarunt angelos constare materia, ergò.

Confirmatur secundò. Materia est vera substantia, sed non spiritualis, ergò corporalis, quo posito subsumo: sed materia non dicit dependentiam ad materiam, ergò substantia corporalis male per eam explicatur.

V.

Dices: Angelos illos non futuros spirituales, ergò: probatur ant. quia illud non est spirituale quod dependet, vel constat ex materia, sed illi angeli constarent, ergò. R. negando ant. cujus probationis majorem dist. Illud non est spirituale quod constat materiâ sublunari, concedo ma. quod constat materia aliqua alia diversæ rationis, nego ma. & distinctâ similiter minori nego consequentiam. Itaq; Angeli illi licet constarent materiâ, non constarent tamen materiâ ejusdem rationis, sed alterius diversæ, quia illa materia esset adhuc indivisibilis sicut ipse angelus.

VI.
Nec consistit
indivisibilitate.

Dico 3. Ratio formalis etiam non consistit indivisibilitate, seu in habentia talium partium divisivarum. Hæc est Doctoris, 2. d. 1. 2. q. 2. Aureoli Gottfredi.

Probatur Conclusio primò contra Thomistas: secundum ipsos animæ perfectorum animalium sunt indivisibiles, sed animæ illæ non sunt spirituales, ergò ratio spiritus non consistit in indivisibilitate, seu in carentia partium divisivarum, & consequenter, nec ratio corporis indivisibilitate, seu habentia talium partium.

Probatur secundò. Habere partes extensivas non potest salvari sine pluribus, quia non potest salvari sine multis partibus, sed esse corpus salvatur sine multis partibus, ergò ratio formalis corporis non consistit in habentia tantum partium extensivarum.

Confirmatur. Quia indivisibilitas potest competere etiam corpori, ergò corpus non consistit præcisè indivisibilitate, nec spiritus in indivisibilitate, quia nulla propria ratio formalis potest alteri competere.

Dices Non potest dari spiritus qui consistet partibus integrantibus, ergò ratio spiritus erit non habentia partium divisivarum. R. negando consequentiam, quia non sequitur ex eo quòd illud etiam competat corpori, ut dixi, & quia spiritus & corpus constituuntur differentius oppositis, ideoq; si illud competit corpori, non potest esse essentia & ratio formalis spiritus cum nulla essentia alteri competat.

VII.
Nec per hoc
quod exigat
quantitatem.

Dico 4. Nec bene describitur corpus, seu substantia corporalis quatenus à spirituali substantia distinguitur, per hoc: quòd connaturaliter exigat quantitatem, vel quòd sit impenetrabile cum alio ejusdem speciei. Prima pars est Pontii contra Baronem: posterior Baronis Contra Oviedo & Arriagam.

Probatur prima pars. Quia non repugnat substantia corporalis divisibilis quæ exigeret esse in loco commensurativè, seu cum proportionem partis ad partem, & tamen non exigeret connaturaliter ullam quantitatem,

qualem opinabantur multi Sanctorum Patrum esse angelos, quos proinde corporeos dixerunt; & quales defacto in multorum opinione sunt cæli, qui secundum illos nullam habent, vel exigunt quantitatem.

Confirmatur. Anima rationalis exiget connaturaliter quantitatem, quia exiget corpus quantum, & tamen non est corporea, sed est substantia spiritualis, ergò male explicatur substantia corporalis prout contradistinguitur à spirituali per hoc, quòd exigat quantitatem.

Probatur secunda pars. Nullæ duæ species possunt constitui per eandem differentiam ultimam specificam, sed impenetrabilitas est ratio constitutiva quantitatis, ut dicam infra, ergò non potest esse ratio formalis constitutiva substantiæ corporeæ: quòd si de minore quis dubitet, putans impenetrabilitatem esse tantum proprium quantitatis, & non differentiam, tunc sic urgeo argumentum, per nihil quòd est proprium accidenti constituitur substantia quæcunq; sed impenetrabilitas est propria accidenti, ergò non potest esse ratio constitutiva substantiæ corporeæ.

Probatur eadem pars secundò: Quia potest dari aliquod corpus, quòd sit penetrabile cum alio ejusdem speciei, ergò impenetrabilitate ratio substantiæ corporeæ non subsistet, probatur ant. quia si duo lapides ponantur, sine suis dimensionibus, demptis quantitibus erunt vera duo corpora: sed illa duo corpora sunt penetrabilia, cum alio ejusdem speciei, imò si ab uno solo lapide separatur quantitas erit penetrabilis cum alio, qui quantitatem suam adhuc habebit, ergò potest dari aliquod corpus quòd sit penetrabile cum alio, probatur major demptis dimensionibus ab illis lapidibus nihil substantiale ab eis auferretur, ergò manebunt adhuc veræ duæ substantiæ corporeæ tam completæ, sicuti prius erant: quia nulla pars essentialis, vel integralis esset eis ablata.

Probatur Conclusio quoad hanc partem tertio. Quia duo corpora non solum sunt sibi ad invicem impenetrabilia quæ sunt ejusdem speciei, sed etiam cum aliis diversarum specierum, ergò frustra ponitur ratio corporis in impenetrabilitate cum alio corpore ejusdem speciei, probatur ant. quia lapis non modo est impenetrabilis cum alio lapide, sed etiam cum ligno homine, bove &c.

Opponitur. Autoritas sacra Scripturæ Luca 24. *Palpate & videte quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Sed palpatio sine quantitate & impenetrabilitate haberi non potest, ergò quòd corpus est palpari debet posse, & simul habere quantitatem cum impenetrabilitate, & consequenter in impenetrabilitate consistet ratio formalis corporis. R. argumentationem ex sacra illa præallegata auctoritate bonam esse, sequitur enim optimè, est palpabile & impenetrabile, ergò est corpus; sed nihil urget me, quia non nego illud quòd est palpabile corpus esse, sed solummodo quòd corpus in tota sua latitudine debeat esse tale, quia assero non implicare corpus aliquod quòd natura-

VIII

naturaliter sit inpalpabile & impenetrabile. Hinc est quia Arriaga facile ad præfata argumenta responderet, ut ipse putat & sat probabiliter, quod quantitas & substantia corporea sit unum & idem, & consequenter illas dimensiones & quantitatem ab ea separari non posse.

Probatum Conclusio quarto

cum Pontio. Quia si Deus crearet corpora quæ ex natura sua peterent esse penetrabilia, sicut defacto sunt corpora gloriosa per dotem penetrabilitatis, in quo nulla apparet implicancia, essent essentialiter vera corpora; sed illis corporibus non competeret connaturaliter & essentialiter impenetrabilitas, sed potius penetrabilitas: ergo impenetrabilitas non est ratio formalis constitutiva substantiæ corporeæ, seu corporis in sua latitudine.

Dico 5. Bene explicatur ratio substantiæ

corporeæ in sic: Quod sit substantia connaturaliter impenetrabilis occupare locum divisibilem indivisibiliter, ita sit tota in toto, & tota in qualibet parte. *Contra substantia spiritalis quod sit illa substantia quæ de se apta nata est esse tota in toto, & tota in qualibet parte vel puncto spatii, vel subjecti sibi connaturaliter debiti.* Hanc conclusionem apud nullum Clasicum Authorem reperi, est tamen quoad posterio-rem partem P. Ludovici Connæi in suis *MF.* qui putat eam proximam esse ad illam quam Pontius proponit. In rei veritate autem eam omnes tenere deberent Scotista; si conformiter ad sua principia procederent: nam dum agunt contra Thomistas asserentes animas brutorum perfectorum esse indivisibiles, sic argumentantur, si animæ brutorum essent indivisibiles, deberent esse spirituales, sed &c. probant sequela: quia si per impossibile anima rationalis dependeret in esse & conservari à corpore, non desiniret adhuc esse spiritalis, modò esset tota in toto, & tota in qualibet parte, ubi expressè & forte in advertentes constituunt rationem substantiæ spiritalis in esse totius in toto, & totius in qualibet parte, ergo. Probatum Conclusio, tum ex refutatione aliarum sententiarum, tum quia melius explicari non potest, tum quia omnibus & solis conveniunt.

Arguitur. Secundum sententiam etiam

per me probabilem non implicat, quòd substantia corporea separatur à quantitate, sed factà tali separatione non potest ostendi ratio quare substantia materialis non possit connaturaliter esse tota in toto, & tota in qualibet parte, ergo male definitur substantia corporea quòd sit illa cui repugnat occupare locum divisibilem indivisibiliter, &c. Probatum minor, quia tota ratio quare res corporea non possit connaturaliter occupare locum divisibilem indivisibiliter est ipsius divisibilitas, ergo si potest res divisibilis sic occupare locum (quod teneo te qualibet re spiritali) potest etiam talis substantia, sublatà quantitate, & sic consequenter malè describitur ratio formalis corporis & spiritus, vel si bene, tunc ruit tertia conclusio quòd ratio corporis non consistat indivisibilitate. *R. negando mi.* Ratio autem est, quare non possit sic occupare locum, quia licet illa substantia defacto non haberet quantitatem, tamen connaturaliter postulat habere illam per quam ejus partes

sint impenetrabiliter extensæ; adeoque esse commensurativè in loco, unde de se talis substantia separata à quantitate non est apta nata occupare locum divisibilem indivisibiliter, & quamvis ab angelo posset redigi ad minimam partem sui loci, vix tamen ad punctum.

Instatur. Ex dictis propriis non implicat quòd Deus posset corpora producere quæ essent connaturaliter penetrabilia, ergo nulla solutio. *R. negando consequentiam,* quia talia corpora adhuc non possent connaturaliter poni in puncto loci. *R. 2. dist. ant.* Ita ut illa corpora de se peterent occupare locum commensuratum, quamvis penetrabiliter non excludendo alia corpora, concedo ant. ita ut non peterent idem locum commensuratum nego ant. & consequentiam. Ex dictis patet etiam quid dicendum ad probationem minoris, supra videlicet non quamcunque divisibilitatem excludere à loco indivisibili locatum divisibile, sed divisibilitatem entis corporei tantum, & quòd hoc non sit gratis dictum ostendo, quia sicut est discrimen inter ipsas res corporeas æq; divisibiles in ordine ad occupandum locum: verbi gratià inter substantiam palmarem & quantitatem palmarem, quarum utraque est in tot partes divisibilis, in quor est altera, tamen una, verbi gratià, quantitas essentialiter occupare postulat locum palmarem, & quantitatem palmarem impenetrabiliter, & altera non; & sic non sola divisibilitas est ratio precisè in se, sed in quantum est hujus entis.

QUÆSTIO V.

De Proprietatibus Substantiæ.

Aristoteles hic capite sexto sex enu-

merat substantiæ proprietates, quarum tres conveniunt substantiæ in communi, duæ verò substantiæ primæ, & una substantiæ secundæ, quas etiam hoc ordine producam & breviter explicabo, quamvis Philosophus indiscriminatim eas posuerit; unde tres sequentes competunt substantiæ in communi, quarta & quinta substantiæ primæ, & ultima tandem substantiæ secundæ. Itaque

Proprietas I. Substantiæ communi

est, *Non esse in alio,* scilicet veluti in subjecto inhaesionis, id est quòd nullo modo inhaereat alteri veluti accidens, neque natum sit inhaerere sicut nata & apta sunt ad inhaesionem accidentia Eucharistica, quamvis actualiter non inhaereant; hinc dicit q. 14. præd. Scotus, licet forma sit in materia, non est tamen in ea veluti in subjecto, sed tanquam informans in informato, quod dat ei esse simpliciter, seu cum qua constituit unum per se simpliciter. Norandum ex dictis quòd non esse in alio hoc modo dupliciter intelligi possit, vel negativè, vel positivè; si intelligatur negativè, tunc non esse in alio dicit formaliter negationem actualis & aptitudinalis inhaerentiae, & hæc negatio dici potest proprietas quarto modo, accipiendo scilicet proprietatem pro omni eo quod omni & soli necessariò convenit & non est essentialè ipsi. Si intelligatur positivè, non esse in alio, tunc illa ineptitudo effendi in alio potest accipi, vel pro-

L
Sex sunt proprietates substantiæ.

II.
Prima est Non esse in alio.

perfectate constitutiva substantiæ, & sic non erit proprietas ut patet ex dictis; vel potest accipi pro aliquo respectu aptitudinali qui sequitur ad illud positivum, & talis respectus erit proprietas ipsius quartò modò realiter identificata.

III.

Secunda non habere contrarium.

Secunda Proprietas substantiæ in communi est. *Non habere contrarium.* Hæc proprietas ut omni substantiæ sit propria, quartò modò, debet intelligi de contrarietate proprie dicta quæ versatur inter formas positivas, quæ se mutuo nata sunt expellere, & expelli ab eodem subiecto inhætionis prout contingit in pluribus qualitatibus, non verò alicui substantiæ, sive directe, sive lateraliter & reductivè ponatur in prædicamento; quia si sermo esset de contrarietate improprie dicta, quæ versatur inter ea quæ habent naturas sibi repugnantes, vel qualitates repugnantes & provenientes à talibus naturis, sic rationale & irrationale vocantur contraria; sic ignis & aqua contrariantur ratione qualitatum provenientium ab illis naturis, ignis aquæ, propter calorem, aqua igni propter frigus. Quod si dicas, quandoquidem illæ qualitates ab elementis emanant, & consequenter in igne & aqua prius fuisse debuit illa contrarietas, quia illa emanatio non probat in illis aliquam contrarietatem formalem, sed tantum virtuales & radicales in elementis ignis & aquæ. Dixi autem notanter ab eodem subiecto inhætionis, quia certum est quòd formæ substantiales se invicem expellant ab eodem subiecto informationis, verbi gratiâ forma ignis & forma aquæ, ab eadem materia quam informant, sese expellunt.

IV.

Tertia Non suscipere magis & minus.

Tertia Proprietas est *Non suscipere magis & minus.* Sensus hujus proprietatis non est de substantia prout dicitur à substando, sic enim dicitur una substantia magis substantia quam alia, sed à subsistendo, seu per se existendo, & sic una substantia non magis per se existit quam alia, nec una dicitur magis substantia quam alia ut docet Scotus q. 15. prædicam. Non est sensus quòd una substantia non possit magis, vel minus, id est, quòd una non possit esse perfectior quam alia, cum substantia hominis sit magis perfecta quam substantia equi, & minus perfecta quam substantia angeli; nec etiam sensus est quòd una substantia non possit magis perfici & augeri extensivè, quandoquidem pueri crescunt substantialiter, sensus ergò hujus proprietatis est, quòd substantia non suscipiat magis & minus quoad intensionem, ita ut jam sit magis intensa, jam minus: sicut calor jam magis intenditur, jam minus, verumtamen hæc proprietas non competit soli substantiæ, quia etiam quantitas in hoc sensu non suscipit magis & minus, ut dicam infra.

V.

Quarta significare hoc aliquid.

Quarta Proprietas quæ competit substantiæ primæ est *significare hoc aliquid*, id est, prout communiter Doctores docent, substantia est nomen quod imponitur ad significandum singulare, quod est ita determinatum, ut non conveniat univocè pluribus, imò ita determinatum ut sit proprium nomen, verbi gratiâ, Petrus vel Bucccephalus, quare hæc proprietas non meretur nomen proprietatis, quia non competit solis: quia possunt etiam accidentia propriis

nomibus compelli, nec etiam omnibus substantiis primis, quia non omnes habent nomina propria, ut patet de arboribus, floribus & fructibus &c. Plerumq; ergò in animalibus habet locum hæc proprietas, non tamen in omnibus ut proprium est idem ac peculiare.

Quinta Proprietas est, quæ etiam competit substantiæ primæ, *suscipere contraria*, seu esse susceptivum contrariorum, hæc proprietas competit omni substantiæ finitæ, unde etiam angeli licet non possint suscipere contraria materialia, possunt tamen spiritualia. Ut autem cognoscatur num hæc proprietas solis substantiis competat advertite, quòd hæc susceptio dupliciter contingere possit, primò per modum subiecti non ultimati, & sic etiam quantitati Eucharisticæ competit, secundò per modum subiecti ultimati, & in hoc sensu tantum substantia est susceptiva contrariorum, & in hoc sensu de ea locutus est Philosophus, quare etiam dixit; Maximè proprium est substantiæ ut una eadem numero permanens sit susceptiva contrariorum.

Sexta denique proprietas quæ substantiæ secundæ, seu cuilibet naturæ communi competit est *Prædicari univocè de primis substantiis*. Hæc univoca prædicabilitas si intelligatur prout est prædicabilis de pluribus secundum eandem rationem, sive illa ratio sit essentialis, sive non, non est proprietas quartò modò, quia etiam albedo prædicatur univocè de Petro & Paulo: si autem intelligatur illa ratio eadem prout est prædicatum essentialis, sic est proprietas substantiæ quartò modò.

Ut autem intelligatur qualiter prædicamentum substantiæ construatur, sequens adjectio schema in quo demonstrantur quæ directe, quæq; indirectè in eo collocantur, seu lateraliter: ubi notandum quòd hæc arbor, & quæcunq; alia quæ in Scholis proponi solet, sit adhuc imperfecta, nam plurimi intercedunt gradus à supremo genere descendendo usq; ad ultimam speciem quæ non omnes recensentur, est tamen perfectior ex omnibus quæ in Scholis post Porphyrium circumferuntur.

Notandum secundò, quòd post insinuationem Maffrii & Belluti animal dividam in rationale & irrationale, seu brutum & hoc in varias brutorum species, quia valde probabile est animal non esse immediatum genus respectu brutorum sicut respectu hominis, prout ab ipso etiam insinuat Aristoteles 7. Met. 28. ubi inter equum & animal constituit aliud genus in nominatum, quod nunc appellari solet brutum.


Notandum tertio. Quòd differentiæ quæ ponuntur in latere B, tantum possint contrahere gradus superiores, & nihil constitutere ex illis quæ ponuntur in linea recta; differentiæ verò quo ponuntur ex latere A non modò contrahere gradus superiores, sed etiam constitutere gradus inferiores quæ sunt in linea recta: verbi gratiâ, corporeum, contrahit substantiam & constituit corpus, non corporeum verò licet contrahat substantiam, non constituit aliquid quod poneretur directe statim in linea prædicamentali.


Arbor

Arbor Prædicamentalis

196

Genus supremum





DISPUTATIO III.

DE ACCIDENTE IN COMMUNI.

Insumari jam nuper, Ens in prima sui divisione dividi in substantiam & accidens, & est certum apud omnes, si Sermo est de Ente finito, quare cum precedente in Disputatione egerim de Substantia, ordo postulare videtur ut consequenter agam de accidente, & quia illud subdividitur in novem species, ideo prius aliquid in genere de eo agendum est antequam descensus fiat ad particularia. Non agitur autem hic de accidente quod constituit quintum predicabile, nam sic non contradistinguitur à substantia, quae etiam accidenti aliter predicari potest: sed de accidente predicamentali quod non spectatur praecipue secundum intentionalem predicationem, sed secundum ipsam naturam in se, in qua materia praecipua est difficultas in quoniam consistat, quod in hac resolutam Disputatione. Sit igitur

QUAESTIO. I

In quo consistat ratio formalis constitutiva accidentis?

I. Circa praesentem difficultatem quaeritur ex definitione accidentis, quae communitur circumfertur scilicet quod sit ens in subiecto inhaerens, triplex est sententia: Prima est ipsiusmet Aristotelis & plurimorum Philosophorum gentium, qui non agnoscentes separabilitatem accidentis à subiecto, statuerunt ipsam adualem inhaerentiam esse essentiam accidentis, & consequenter docebant accidens non esse ens essentialiter & in se, sed in alio & per denominationem: quod tamen Aristoteles non sensit, qui verè ens divisit in substantiam & accidens, nec per hoc quod in se alteri definit esse ens, sed est tantum ejus particularis essendi modus, qui adhuc verè demonstrat quod sit ens, quia nihil fictum, & quod habet esse per operationem intellectus realiter alicui inest veluti in subiecto, unde quando aliquando vocatur ens secundum quid, id intelligendum non est quasi distraheret entitatem accidentis, & quasi non verò participaret essentialiter rationem entis sed dimiuit tantum perfectionem gradus entitatis quatenus deficit à perfectione entitatis substantiae: unde dicitur ens secundum quid non precise in quantum secundum se consideratur, quia sic est ens simpliciter, sed in comparatione ad substantiam. Secunda Sententia est Thomistarum post D. Thomam 7. Met. Lect. 1. & 4. d. 12. q. 1. a. 1. Javellus, Cajetanus, Capreolus, Hervano, Suarez & Complutenses cum pluribus Recentioribus eandem ingrediuntur viam, qui omnes rationem formalem accidentis constitutivam dicunt esse inhaerentiam aptitudinalem, seu aptitudinem ad inhaerendum tanquam in subiecto inhaerentis, quid autem sit inhaerere veluti in subiecto inhaerentis dixi supra. Tertia Sententia adscribitur Scoto 7. Met. q. 1. & in 4. d. 12. q. 1. art. 1. quem praeter suos sequitur Soncinus & alii quae asserit radicem, unde pullulat talis aptitudo esse rationem formalem constitutivam accidentis, quae radix vocatur in aleitas, seu inhaerentia fundamentalis absoluta. Ab hac sententia, quae in Schola Scoti communis est, recedit Baro, qui sese plus omnibus alijs retro Scotistis sapere autumat, & in sententiam Thomistarum per fas & nefas trahit.

Notandum cum Scoto difficultatem

II.

non moveri de accidente pro per se significato, seu pro ipsa accidentalitate & accidentia, quae est formale & per se significatum accidentis ut sic quia haec formalissimè est ipsa inhaerentia, sed de accidente sumpto pro denominato ab inhaerentia & accidentalitate, nempe pro illa forma quae denominatur accidens, sive inhaerens, sive illa forma sit absoluta, sive sit respectiva: quo notato

Dico I. Actualis inhaerentia non est ratio formalis constitutiva accidentis. Haec est communis in omnibus Scholis Catholicis & probatur. Nihil est de essentia alicujus, vel ratio ejus formalis constitutiva, nisi quod spectat ad ejus quidditatem, sed inhaerentia actualis non spectat ad ejus quidditatem, ergo non erit ejus essentia, seu ratio formalis constitutiva, probatur minor, nihil spectat ad rationem formalem, vel ad quidditatem quod ab eo potest separari & tolli, sed inhaerentia actualis potest ab accidente separari & tolli, ergo: probatur minor, quia in Eucharistiae mysterio manent accidentia absq; eo quod ultimate inhaereant subiecto, ergo possunt separari & consequenter actualis inhaerentia quae consistit in unione ad subiectum non erit de essentia, vel ratio ejus formalis constitutiva. Confirmatur quia subiectum est realiter distinctum ab accidente quod inhaeret, ergo inhaerentia non potest esse ratio formalis, quia alioquin etiam deberet subiectum esse de ejus essentia: quia actualis inhaerentia sine subiecto concipi non potest, quod autem subiectum non sit de essentia patet ex eo, quod destructo accidente maneat ad huc subiectum incorruptum & indestructum.

III.

Actualis inhaerentia non est ratio formalis accidentis.

Baro quamvis idem sentiat, existimat

IV.

tamen quod ex mysterio Eucharistiae non possit deduci ratio ad probandam distinctionem accidentis à subiecto, nam imprimis dicit teneri posse, quod Christus ibi subsit immediate sensibus, & induat illa accidentia sub quibus putatur subsistere panis cum non sit. Deinde dicit Concilium Tridentinum nullibi asserere quod accidentia panis, aut vini separentur à subiectis, aut manere post consecrationem, vel aliquid simile, sed solum asserit manere species panis & vini, id est apparentiae panis & vini, prout sumitur etiam frequentè species, tam apud fa-

Resistantes Baro.

eros quam profanos Scriptores, ut ibi adducit Baro. Verumtamen hoc dictum Baronis mihi videtur quasi omnino temerarium, imò erroneum: temerarium quidem, quia sine ullo solido fundamento contra Torrentem omnium Theologorum dicit ibi non manere verè accidentia, sed tantum apparentias accidentium, five similitudines externas & representationes panis; quod autem nullum solidum habeat fundamentum patet, ex eo, quod non alleget, nam implicancia allegata non sufficit ad improbandum id, quod nunc est & esse universaliter tenetur. Erronea quidem, quia defacto censetur erronea sententia asserens parvulos non justificari per habitum gratiæ, quia deducitur ex una de fide & altera lumine naturali nota, sed accidentia manere panis & vini deducitur etiam ex una de fide & altera lumine naturali nota, ergò contrarium asserere etiam est erroneum: major patet, quia de fide certum est quod justificentur in baptismo & lumine naturali notum est, quod non habeant actum, ergò justificantur per habitum: probatur minor, Quia deducitur ex hac *In Eucharistia non manet & non est substantia panis quæ est de fide, & ex ista sunt ibi accidentia panis & vini, quæ est magis lumine naturali nota, quam quod parvuli non habeant actum*, ergò: quandoquidem contrarium asserere in justificatione parvulorum est erroneum, etiam erroneum erit dicere non manere in Eucharistia accidentia panis & vini, sed esse tantum aliquas apparentias.

Contra secundò. Falsum est quod dicit Baro, scilicet Concilium Tridentinum nullibi dicere accidentia panis & vini manere, vel aliquid simile, quia Concilium Sess. 13. cap. 2. expressè anathematizat contrarium asserentes hoc modo: *Si quis negaverit admirabilem illam & singularem conversionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ in sanguinem manentibus dumtaxat speciebus panis & vini anathema sit.* Sed si non essent illa priora accidentia quæ prius fuerunt non posset dici manentibus dumtaxat, quia quod de novo advenit manere non dicitur, ergò, vel erit certissimum ita ut contrarium sit erroneum quod priora accidentia nomine specierum intellecta manent, vel Baro fateri debebit, quod priora accidentia etiam non fuerint nisi species, seu apparentiæ & similitudinariæ representationes, quod plane stolidum est, & inde tamen sequi sic probo, illæ species secundum Baronem in Eucharistiæ mysterio sunt solummodo apparentiæ & similitudines ac representationes panis & vini, sed illæ species fuerunt ante consecrationem, ergò ibi tantum fuerunt apparentiæ & similitudines, probatur, quia Concilium sub anathemate determinat manere species quæ ante fuerunt, sed modo secundum se sunt tantum apparentiæ, ergò etiam antea fuerunt.

Contra tertio. Quia in Concilio Constantiensi Sess. 8. damnata fuit expressè hæc sententia Wiclefi *Accidentia panis non manent sine subjecto*, ergò ex determinatione Concilii habetur quod accidentia panis manent sine subjecto & consequenter sequitur damnatum esse contrarium, quod Baro tenet tamen

veluti conforme Concilio Tridentino quamvis in Conclusionem aliter postmodum sentiat, sed

Respondet Baro: Quamvis in Concilio Constantiensi & in Bulla Martini Pape damnate fuerint quadraginta propositiones Wiclefi, eas tamen omnes non damnatas veluti hæreticas, sed partim ut tales, partim ut scandalosas, partim ut temerarias &c. sed hæc Baronis responsio futilis ad priora dicta, nam per hoc ipsum ex ore proprio ipsum iudico, ergò quod supra teneri posse putabas si non hæreticum, temerarium est, scandalosum & bonis omnibus offensivum, & consequenter, nec quodlibeticè debuisse ipsum hoc disputasse & tam protervè sensum Concilii Tridentini ejusq; verba torfisse, ut insuper gloriari audeat, dicendo numero tertio Apolog. 4. præd. act. prima Hujusmodi dicendo, explicatio mirum est quam conveniat doctrinæ Concilii Tridentini quod solum ei obitare videbatur. Sed in Contra

Arguitur. Substantia & accidens constituntur per differentias essentialiter oppositas, ita ut una non possit convenire & competere alteri, sed differentia & per eam constituta formalis ratio substantiæ est esse per se, ergò differentia & ratio formalis accidentis per differentiam constituta erit esse in alio, & consequenter inherencia actualis est ratio formalis accidentis ut sic. R. distinguendo mi. Ratio formalis substantiæ est esse per se, quod significet quoddam per se stare & vi sua consistere concedo mi. quod significet aliquod per se, seu ut sit idem ac absolutum & non dicens respectum nego mi. & consequentiam. Itaq; licet substantia & accidens habeant differentias essentialiter oppositas, per hoc quod negatur accidens esse in alio essentialiter, non statim inferri potest quod sit per se in prima acceptione, bene tamen in secunda, unde accidentia non dicuntur per se stare, sed sustentari quemadmodum cadaver sustentatur ab aliquo erectum, homo verè non sic sustentatur, sed verè & propriis suis subsistit pedibus.

Instatur: Accidens etiam potest per se stare sicuti substantia, ergò malè dicitur accidenti id non competere, probatur ant. quia accidentia Eucharistiæ ita per se stant sicut stetit antecedenter ipsa substantia panis. R. negando ant. & probationem ejus dist. Accidentia Eucharistica per se stant virtute propria, nego ant. virtute aliena scilicet divinâ conservante accidentia sine subjecto, concedo ant. & nego consequentiam.

Urgetur. Accidentia ex concessis posunt virtute divinâ per se stare, ergò etiam substantia virtute divinâ potest esse in alio veluti in subjecto, R. negando consequentiam, disparitas est: quia differentia accidentis explicatur per esse in alio secundum affirmationem, quæ non necessariò infert actum secundum ut patet in rationalitate, quæ non necessariò dicit & infert actualem ratiocinationem: imò frequentè est rationalitas sine actuali discursu; differentia verò substantiæ explicatur per negationem scilicet per non esse in alio, adeoq; nunquam

nunquam potest habere actum secundum ut sit in alio, quemadmodum irrationale nunquam potest habere rationem.

Dico 2. Inherentia aptitudinalis non est de essentia accidentis ut sic, quod est commune univocum accidenti absoluto & respectivo. Hæc est communior Scotistarum excepto Barone qui cum Thomistis in hoc passu tenet, fulcitur aliqua auctoritate Scoti 4. d. 12. n. 24. ubi Scotus respondet sic: *Ad primum quod aptitudo nihil aliud absolutum est à natura illius, cuius aptitudo, quam auctoritatem magnificat ipse, sed ego, verumtamen secundum meum videre nihil faret Baroni.* Si bene intelligatur, qualiter colligo quod Baro noluerit intelligere ut bene ageret cum Scotistis, nam non dicit Doctor quod aptitudo, seu inherentia aptitudinalis sit ipsa natura, sed quod aptitudo nihil aliud absolutum sit à natura; bene tamen quod sit aliquid respectivum quod est pro nobis synecrionibus Scotistis quibus Scotus clarissime patrocinator 7. Met. q. 1. ubi dicit: *quod neutra inherentia, scilicet nec actualis, nec aptitudinalis sit de essentia accidentis.*

Probatur Conclusio breviter.

Quia, quidquid est de essentia superioris, est de essentia cuiuslibet inferioris: ad illud; quia quidquid est de essentia animalis, est de essentia hominis & bruti, sed inherentia aptitudinalis non est de essentia cuiuslibet inferioris ad accedens, ut sic quia non de essentia accidentis absoluti, ergo: major est certa, probatur minor: quia nullum absolutum est de essentia respectivi, nec ullum respectivum est de essentia absoluti, sed illa inherentia aptitudinalis est ens respectivum, ergo non potest esse de essentia accidentis, ut sic probatur ma. quia alias idem essentialiter diceret respectum ad aliud & essentialiter non diceret, quod implicat: probatur minor, quia inherentia aptitudinalis est ordo seu habitudo inter illud quod est aptum natum inherere; & illud, cui est aptum natum inherere, ergo respectivum: probatur consequentia prioris syllogismi etiam, quia alias esset de essentia quantitatis & qualitatis, quæ sunt accidentia absoluta & consequenter de essentia absoluti.

Probatur Conclusio secundo:

Tum quia omnis aptitudo præsupponit aliquid in re cuius est aptitudo, ergo ipsa aptitudo non est essentia accidentis, sed debet aliquid antecedens esse: tum quia quod non consideratur primo in re non est essentia ejus, sed aptitudo non consideratur primo in re, ergo probatur mi. quia in re consideratur primo quod est ad se, quam illud quod est ad aliud, sed inherentia aptitudinalis est ad aliud, ergo illa non consideratur primo in se, & consequenter non erit de essentia accidentis.

Arguitur. Incontra Inherentia aptitudinalis non dicit formalem respectum, seu relationem secundum esse, sed tantum secundum dici, sed relativum secundum dici potest esse de essentia alicujus absoluti, vel saltem illius quod abstrahit ab absoluto & respectivo, cuiusmodi est accedens in communi, ergo inherentia aptitudinalis potest esse de essentia ejus: probatur

ma. Cognitio actualis, vel habitualis alicujus objecti non dicit formaliter relationem secundum esse, sed tantum secundum dici: cum accedens sit absolutum de prædicamento qualitatis dicitur tamen relativa secundum dici, quia secundario & ex connotato dicit ordinem, seu respectum ad objectum cuius est cognitio, seu in quod tendit: sicut imago, vel statua esto in sua entitate, sit ens absolutum, quia substantia materialis, ergo à paritate inherentia aptitudinalis potest esse in sua entitate aliquid absolutum, seu secundum esse, & relativum secundum dici, seu ex connotato; ex hoc exemplo cognitionis, probatur etiam minor, tum Cognitio intellectualis est relativa secundum dici ex dictis modo, sed hæc cognitio est de essentia scientiæ actualis & habitualis quæ est quid absolutum, ergo aliquod relativum potest esse de essentia alicujus absoluti, tum quia ipsa differentia essentialis accidentis quæ est radix talis inherentiæ juxta dicenda non potest intelligi nisi per modum alicujus, quod sit natum aptum principiare illam inherentiam aptitudinalem, seu aptitudinem formalem ad inherendum. **R.** Negando ma. ad probationem, nego consequentiam & paritatem loquendo de inherentia aptitudinali formaliter de qua hic ago, quia formalissime & secundum totum suum esse est verissimus & formalissimus respectus, (parum curo pro nunc, an prædicamentalis, an transcendentalis) cognitio verò & imago formaliter secundum totum suum esse formale sunt entia absoluta, unde non est paritas, sicut nec de differentia constitutiva accidentis, quæ licet ex connotato dicat ordinem ad talem inherentiam tanquam principium emanativum, tamen secundum totum suum esse absolutum præcedit illum ordinem, licet à nobis pro hoc statu & à posteriori per talem ordinem exprimat: minorem argumenti concedo cum sua prima probatione & nego consequentiam & paritatem ob jam dicta per quod patet etiam ad secundam probationem.

Instatur: Accidentis esse, est inesse secundum communem sententiam & Philosophum, sed inesse accidentis est inherentia, ergo inherentia si non actualis saltem aptitudinalis erit de essentia ejus. **R.** dist. ma. Accidentis esse est in esse radicale, concedo ma. aptitudinale nego. Unde licet in communi describatur accedens per inesse, non intelligitur tamen ibi aliud quàm inesse radicale, seu radix ex qua pullulat inherentia aptitudinalis, & sic ad plura similia argumenta respondere poteris. Verumtamen adhuc

Urgetur. Inherentia aptitudinalis magis intrinseca est accidenti quàm dependentia Creaturæ ad Creatorem, sed hæc posterior est aliquis respectus realiter identificatus creaturæ, ergo inherentia aptitudinalis, cum sit magis intrinseca accidenti quàm aliquid realiter identificatum, erit ipsa essentia ejus, & consequenter in esse, seu inherentia aptitudinalis & non radicalis erit essentia accidentis: probatur ma. quia accedens ut dixit instantia, definitur per inherentiam ad subjectum & creatura non definitur per DEUM, ergo inherentia est magis intrin-

intrinsicæ. R. negando ma. & ad probationem dico, majorem, vel minorem identitatem non esse rationem, quare accidens definiatur per ordinem ad subiectum: sed quia accidens est forma informans saltem extrinsecè aliud, & dans subiecto aliquam perfectionem accidentalem & secundum quid, & sic quia perfectio non posset perfectè & distinctè concipi conceptu quietativo intellectus, nisi cointelligatur illud, cujus est forma, ideò inherencia aptitudinalis ingreditur definitionem accidentis, quia accidens est fundamentum inherencia aptitudinalis quæ est relatio quod fundamentum est forma extrinsecè informans subiectum, nam quæcunque essentialia accidentis in definitione ponuntur, non ita quietarent intellectum, sicut quietatur quando definitur per ordinem ad subiectum quod informat, ut patet.

VIII.
Accidens
in communi
ratio est radix
ad quam
sequitur in-
herencia.

Dico 2. *Accidens in communi essentia est radix quedam absoluta ad quam inherencia aptitudinalis sequitur veluti propria passio.* Hæc sequitur ex priori: si enim ipsa inherencia non est essentia, erit saltem aliqua propria passio.

Probatur Conclusio: Quia illud est de essentia accidentis quæ talis, per quod distinguitur essentialitè à substantia, & quod est radix suæ propriæ passionis, seu dictæ aptitudinalis inherencia, sed tale est radix absoluta ad quam sequitur necessariò inherencia aptitudinalis, ergò est de essentia accidentis quæ talis, & consequenter ejus formalis ratio constitutiva ma. patet: probatur mi. sicut perfectas quæ est radix unde profluit negatio actualis, vel aptitudinalis inherencia, est ratio formalis constitutiva substantiæ ut sic, ita aleitas est radix unde profluit inherencia aptitudinalis ab omnimoda paritate, ergò sicut perfectas est ratio formalis constitutiva substantiæ, ita in aleitas est ratio formalis constitutiva accidentis.

IX.

Dices Secundum dicta superius Inherencia aptitudinalis non potest esse essentia accidentis, quia nihil respectivum potest esse de essentia alicujus absoluti, sed etiam nihil respectivum potest esse proprietas absoluti alicujus, ergò malè dicitur quòd sit proprietas accidentis dictæ inherencia aptitudinalis. Hoc est argumentum quod adhibet Baro ad probandum suum assertum, scilicet quòd inherencia aptitudinalis sit de essentia accidentis, & putat se hac retoricali probatione anteriores Scotistas ad magnas adigere angustias. Verumtamen nihil proficit, nam R. I. Negando mi. nam universalitè certum est dependentiam creaturæ ad Creatorem esse quid respectivum, sed illa dependentia est maximè propria creaturæ, ita ut nec divinitus ab ea separari possit, ergò potest aliquid respectivum esse proprietas alicujus absoluti: sic se habent omnes aliæ relationes & aptitudines transcendentales; unde R. 2. Nihil respectivum potest esse proprietas alicujus absoluti, nihil respectivum prædicamentale, concedo; nihil respectivum transcendentale, nego mi. & consequentiam.

X.
Ratio acci-
dentis relati-
vi est Inherencia.

Dico 3. *Inherencia actualis est de essentia accidentis relativi, vel planè ejus tota essentia.* Ita communis Scotistarum cum Scoto supra

Probatur Conclusio primò. Autoritate Scoti 4. d. 12. q. 1. n. 5. ubi sic habet: *Respectus est essentialitè habitudo inter duo extrema, & ideò sicut tollere terminum ad quem est respectus, est tollere, vel destruere respectum: ita tollere id cujus est respectus est tollere respectum & destruere rationem respectus: ubi Doctor æqualitè loquitur de termino ac de fundamento in ordine ad relationem, sed certum est quòd ordo ad terminum sit relationi essentialis, ergò erit etiam essentialis ad fundamentum, & necessariò ejus essentia consistit in actuali inherencia in fundamento, per quod falluntur plures Scotistæ qui existimant, quòd tantum esse ad, sit essentialis, & non esse in, quòd Scotus satis indicavit dum dixit: *destruere rationem respectum & non dixit: destruere existentiam, vel entitatem respectus.**

Probatur Conclusio etiam ratione. Relatio tam benè constituetur per esse in quam per esse ad, sed esse ad est essentialis, ergò etiam esse in: probatur ma. quia nihil potest esse ad, nisi habeat etiam esse in, ergò tam benè & c. de qua infra redibit Sermo. Confirmatur. Quia non potest concipi accidens relativum nisi concipiatur esse in aliquo, ergò.

Dices. Ipsa inherencia est accidens relativum, sed inherencia actualis non est de ejus essentia, quia nihil est de essentia sui ipsius, alioquin iretur in infinitum, ergò. R. Quòd proinde in conclusione etiam dixerim, vel tota ejus essentia, quia inherencia se ipsa inheret, sicut unio se ipsa unitur: quia est ratio formalis uniendi, & inherencia est ratio formalis inherendi, unde in inherentiis non dabitur processus in infinitum, sicut etiam non datur in unionibus.

QUESTIO II.

De Subiecto Accidentium.

Ante resolutionem adverte, me in præsentì questione non loqui, nec querere de subiecto accidentium relativorum, ut sunt respectus unionis & c. quia tales, vel subiectantur in materia, vel informa, sed est sermo de accidentibus perfectioribus qualia sunt absoluta, ut quantitas & qualitas, & de his posterioribus quidem non universalitè, sed de materialibus tantum: nam certum est quòd spirituales maximè & ut plurimum subiectentur in suis potentis, quæ in anima etiam separata ab homine adhuc perdurant; nec etiam controvertitur de subiecto denominationis, quia tam hæc quam illa suum denominant subiectum: nam homo dicitur albus niger calidus, frigidus, intellectivus, volitivus & c. sed de subiecto inherencia. Circa hæc materiam prima sententia est Averroistarum & Nominalium quos plures sequuntur Recentiones qui omnium accidentium subiectum primum & adæquatum statuunt materiam primam. Secunda sententia est Scoti & D. Thomæ cum suis sequacibus; qui pro subiecto adæquato constitunt corpus, hi tamen inter se non conveniunt omnimodè: nam Thomistæ dicunt nullam substantiam immediatè esse

esse susceptivam accidentium, sed mediante potentia accidentalis realiter distincta superaddita. Ita Javellus, Soncinus, Cajetanus, Suetanius, Mafius &c. E contra Gregorius Marfilus Major, Rubion, asserunt substantiam solam esse immediatum omnium accidentium, ita quod licet unum accidens possit inter aliud & substantiam mediare per modum alicujus dispositionis, omnia tamen substantiae inhaerent aequaliter. Scotista tandem post Magistrum non modo substantiam primariam & ultimum subjectum adstruunt, ajunt tamen eam accidentia recipere mediante potentia formaliter superaddita; non quidem quod omnia aequaliter & aeq; immediate recipiat, sed primò quantitatem, ut hanc proinde concedant posse esse subjectum aliorum accidentium. Ita Scotista omnes Aretinus, Rada, Iribarnes. Quare

DICO I. *Materia prima non est immediatum subjectum accidentium materialium.* Ita Doctor 2. d. 3. q. 4. n. 17. & in 4. d. 11. q. 2. n. 6.

Probatur Conclusio primò.

Si materia prima esset adequatum & immediatum subjectum accidentium, nullus esset motus violentus, sed hoc est contra omnem Phisicam & experientiam, ergò: probatur seq. Materia prima ex se est indifferens ad hanc, vel illam formam, ergò nullam reciperet violentè, sed omnes neutralitèr, vel naturalitèr, & consequenter cum motus dicatur naturalis, vel violentus juxta inclinationem, vel repugnantiam subjecti ad formam recipiendam, si materia nullam recipit violentèr, & omnes etiam accidentales immediate in ea subjectantur ad nullam movebitur violentèr, & sic aqua dum movebitur ad calorem, non movebitur violentèr, sed vel neutralitèr, vel naturalitèr, quia materia quae recipit calorem non movebitur violentèr, quod tamen falsum est.

Dices: Motum illum esse violentum etiam in ordine ad materiam, non quidem nudè consideratam, sed sub forma aquae & qualitibus ejus; quia calor reperit formam contrariam & impossibilem in materia, scilicet ipsum frigus, ratione cujus calor est violentus materiae, quia defacto sustinet frigus; sed contra Naturalitas, vel violentia motus non potest attendi ex forma, sed ex ipsa materiae inclinatione, ergò si materia secundum se est inclinata naturalitèr, vel neutralitèr, motus erit naturalis, vel neutralis: probatur ant. si naturalitas, vel violentia motus non deberet attendi ex sola materia, sed etiam ex forma & ejus qualitibus, quando ex ligno generatur ignis, materia ligni moveretur violentèr ad formam ignis, sed hoc est falsum, ergò: patet mi. quia tam benè perficitur materia per formam ignis, quam per formam ligni, nec unam, vel alteram magis appetit, sed utramq; aequalitèr: probatur ma. quia forma ligni cum suis qualitibus etiam in quantum defacto sustentatur à materia est contraria & incompatibilis cum forma ignis & suis qualitibus.

Probatur Conclusio secundò. Si aliquid accidens immediate subjectaretur in materia, maximè quantitas, sed hac non sub-
F. Amandi Hermann Logica.

jectatur immediate in eo, ergò nullum, ma. est adversè probatur mi. si quantitas immediate subjectaretur in materia prima, quantitas naturalitèr esset incorruptibilis, sed hoc est falsum, ergò: probatur ma. Omnis forma corruptibilis, vel corrumpitur per aliam formam oppositam & contrariam, ut frigus per calorem; vel propter defitionem subjecti; vel ob defectum actionis conservativae, sed quantitas non habet formam contrariam, nec subjectum ejus potest naturalitèr definere, cum sit incorruptibile, nec etiam actio conservativa potest naturalitèr definire, quia quamdiu materia manet, emanant ab ipsa accidentia connaturalia.

Dices: Actio qua Deus conservat quantitatem in materia, potest naturaliter definere. R. Deum nunquam definere conservare ullam formam naturalem, quamdiu subjectum non definit ipsam conservare, & quamdiu ipsa non habet ullam formam contrariam: ut patet de forma caelorum, sed quantitas eodem modo se habet, ergò.

Probatur Conclusio tertio.

Ea quae sunt essentialia alicui, praecedunt ea quae sunt accidentalia, sed materia & forma sunt essentialia in composito, & omnia accidentia accidentalia, ergò materia & forma praecedunt accidentalia in toto composito substantiali: ma. probatur, tum quia quae insunt necessario, prius insunt quam ea, quae insunt tantum contingentèr, sed omnia essentialia insunt necessario composito, ergò: tum quia accidentalia ideò dicuntur talia, quia accidunt rei in suo esse essentiali constitutae. Confirmatur: in quolibet composito necesse est esse per se actum & per se potentiam quae constituent aliquid unum per se independentèr ab omni alio, quod maximè concedi debet de substantia, quae est basis & fundamentum omnium aliorum praedicamentorum; sed si accidentia essent immediate in materia, non possent constituere unum per se, ergò: probatur mi. Quia quaecunq; sunt entia diversorum praedicamentorum non faciunt unum per se, sed unum per accidens, sed materia & accidentia sunt entia diversorum praedicamentorum, ergò illa non possent constituere unum per se. Confirmatur, quia nulla ratio afferri potest quare ullum accidens deberet immediate subjectari in materia, ergò: probatur ant. quia si esset aliqua ratio, maximè ut disponderet materiam ad recipiendam formam substantialem, sed hac ratio nulla est, quia ad hoc nullo modo requiritur, ergò: major est adversè probatur mi. tum quia materia est de se & ab intrinseco ad formam substantialem sufficientèr disposita; tum etiam quia, quae ratione requireretur accidens ad dispositionem praevidiam pro forma substantiali, eadem vel potiori adhuc praequiretur alia dispositio ad ipsum accidens: probatur hoc, quia minor est proportio inter materiam & accidens in esse actus & potentiae, quam inter materiam & formam substantialem.

Dices: Si haec omnia aliquid probarent, probarent etiam quod nullum accidens praesupponeretur anime ad informandum corpus, sed hoc est falsum, quia forma corporeitatis
C c cum

V.

VI.

eum omnibus accidentibus est prior animâ, ergo. R. negando ma. disparitas est primò, quia forma corporeitatis habet rationem veri actus per se, in ordine ad materiam, cum qua constituit unum totale per se, licet non ultimè completum, & sic est aptum natum subiectare accidentia, quæ sunt ejus actus secundarii; Secundo, quia materia habens formam corporeitatis habet in se principium postulans certa ac determinata accidentia, quod non habet quando est privata formâ corporeitatis & omni aliâ formâ substantiali. Tertio denique, quia anima non potest informare subiectum nisi sit dispositum per debitam organizationem, quæ esse nequit sine quantitate & qualitatibus, & idè necessariò præsupponit anima hæc accidentia: aliæ verò formæ substantiales quæ informant materiam immediatè non prærequirunt organizationem in sua materia, & consequenter, nec accidentia ulla; cujus ulterior ratio est, quia anima ex natura sua est ordinata ad eliciendas operationes vitales in sua materia, seu in suo corpore, ut sunt nutritio, respiratio &c. quæ actiones exerceri nequeunt nisi mediantibus organis; aliæ verò formæ ex se non sunt ordinatæ ad tales operationes, & proinde ad illam necessè est præsupponi talia accidentia; ad has non autem. Per quod ulterius probari potest Conclusio sic: Quælibet operatio sensitiva est primo composita ex materia & forma sicut proprii receptivi, quia ipsa anima non est immediatè receptiva visionis, sed ipsum organum, quod est compositum ex anima & determinata parte corporis, est proximum receptivum visionis, neque valet dicere esse totius conjuncti, veluti operativi, non verò ut receptivi: nam sic est folius materiæ, non valet inquam. Quia sensationes sunt actiones immanentes, ergo si sunt totius compositi ut agentis, ergo erunt etiam ut subiecti recipientis: nam per hoc actio immanens distinguitur à transeunte, quòd transeuntis recipiatur in passo ab agente diverso, immanens verò in eodem agente à quo producitur.

Probatur Conclusio quartò.

Contra Averroistas secundum ipsos Cœli non constant materiâ, sed in cœlis reperiuntur accidentia, ergo materia non est immediatum subiectum; probatur minor, quia in cœlis est quantitas, lux, densitas, motus, &c. ergo. Sed contra Conclusionem

VII.

Explicatur
Aristoteles.

Opponitur Autoritas Aristotelis 7. Met. t. 8. ubi ait: Quantitatem esse proprietatem materiæ: & primò de generatione cap. 4. dicit, eadem accidentia manere in genito & in corrupto, sed ista vera non essent nisi materia esset immediatum subiectum accidentium, ergo R. Philosophum in primo loco intelligisse, quòd quantitas sit proprietas materiæ, id est quantitas solis rebus ex materia constantibus competit, non verò dixit quòd ejus sit subiectum immediatum materia. Ad secundum locum dico, id verum esse de formis vitalibus & animalibus, in quibus eadem accidentia manent in genito, quæ fuerant in corrupto: nam verum est quòd eadem quantitas quæ fuit in homine vivo, fit etiam in homine mortuo, & plura alia accidentia, ut colores, cicatrices, nævi &c.

Quod si quis tamen urgeret Aristotelem loqui de omnibus universaliter compositis, sive formæ illorum sint animæ, seu non: tunc dico quòd Aristoteles velit in genito esse eadem accidentia quæ fuerant in corrupto quoad speciem, non verò numero.

Arguitur, etiam Incontra ex ratione.

Illud est subiectum immediatum accidentium de cuius potentia educuntur, sed accidentia educuntur de potentia solius materiæ, ergo in ipsa etiam immediatè subiectantur, ma. patet: probatur mi. Quia dum calor producitur in aqua, vel educitur de potentia aquæ, ut aqua est, vel de potentia materiæ; non primum quia aqua, ut aqua est non habet potentiam ad calorem, sed repugnantiam, ergo secundum, seu de potentia materiæ. R. negando mi. ad probationem nego mi. cum sua probatione; licet enim aqua habeat repugnantiam ad calorem quatenus calor est contra inclinationem aquæ, habet tamen potentiam ad ipsum sumendo potentiam pro capacitate, quæ capacitas ad educationem sufficit, non verò requiritur inclinatio.

Instatur: Quòd calor educatur de po-

tentia aquæ, est idem ac quòd aqua concurrat materialitèr ad productionem ipsius, sed aqua non potest materialitèr concurrere, ergo: probatur minor, quia omnis causa continet virtualitèr suum effectum, sed aqua non continet calorem, sed frigus, ergo non est causa materialis ipsius, consequenter non concurrit. R. concedendo ma. negando minorem, cujus probationis minorem distingo: non continet calorem efficientèr, concedo mi. materialitèr, nego mi. & consequentiam, nec in hoc ulla est absurditas: nec sequitur quòd aqua sic non magis contineret frigus quàm calorem, quia calorem tantummodo continet materialitèr in quantum habet ad eundem capacitatem, frigus verò continet, non modò materialitèr secundum capacitatem, sed etiam secundum inclinationem, & insuper continet etiam frigus efficientèr, materialitèr quidem quia est ipsius subiectum, efficientèr verò quia potest ipsum producere in se. Sed

Urgetur: Nihil potest in se, seu forma-

litàr, seu virtualitèr, aut quocunque alio modo continere illud, quòd tendit ad sui destructionem, sed calor simpliciter tendit ad destructionem aquæ, ergo aqua nequit illum continere, nec materialitèr quidem: probatur ma. quia alioquin procuraret sui ipsiusmet destructionem & etiam destructionem subiectati, ergo: probatur ant. quia sicut ille, qui destruit parietem cui innititur, procurat etiam sui ipsius destructionem, sic calor dum destruit subiectum in quo est, procurat sui ipsiusmet destructionem, ergo. R. negando ma. quia experientia & bona Philosophia hæcenus semper docuit, quòd multæ formæ sint suis subiectis violentæ, itaque si nullo modo posset subiectum continere potentialitèr formas quæ tendunt ad sui corruptionem, fatendum esset & dicendum quòd omnes formæ suis subiectis, vel essent naturales, vel neutrales, & sic nullo modo darentur aliæ quæ violentæ: ad probationem majoris nego ant. quia si calor consideretur, vel ut instru-

VIII.

Accidentia
non emanant
à materia
tantum.

mentum ignis ad corrumpendam aquam, tunc ipse, nec suam, nec subiecti destructionem quaerit; non suam quidem, quia sese idem nimum per omnes aquae partes diffundit, quas solummodo intendit alterare; nec subiecti, quia sicut accidens non potest producere substantiam, ita nec eam potest corrumpere, unde in corruptione non calor inhaerens, sed ignis calorem producens corrumpit aquam.

Arguitur secundò. Agens non potest naturaliter agere nisi in materiam dispositam per certas qualitates, quae ipsam determinant ad formam introducendam, sed sic disponi non potest nisi qualitates in ipsa recipiantur, ergò prius sunt in materia qualitates disponentes, quam sit ipsa forma substantialis. R. dist. ma. nisi disposita per qualitates quae insunt materiae primae secundum se, nego ma. quae insunt toti composito destruendo, nego ma. & distincta similiter minori nego consequentiam. Ad hoc ergò ut dicatur materia disposita sufficit quod mediata recipientur in ipsa dispositiones, scilicet mediante composito.

Instatur. Dispositiones requisitae ad introducendam formam, verbi gratia, ignis, debent subiectari in eodem, in quo subiectatur forma ignis genita, seu producta, sed forma ignis subiectatur in materia, verbi gratia, ligni corrupti, & non in forma ligni, vel in toto composito, ergò etiam dispositiones in ea subiectantur. R. dist. ma. debeat subiectari mediate, vel immediate in eo in quo subiectatur forma genita, concedo ma. immediate nego, illae ergò dispositiones, ut etiam iam ante dixi subiectantur in toto & hoc mediate in materia ligni.

Urgetur. Irrationabile est ponere subiectum dispositionis illud, cui repugnat forma ad quam disponit, sed composito, verbi gratia, ligno, repugnat forma ignis ad quam disponit calor, ergò illae dispositiones, vel etiam ipse calor non potest subiectari in toto, sed subiectabitur in materia. R. dist. ma. Si dispositio habeat rationem receptivi & concurrat in genere causae materialis concedo ma. si dispositio tantum concurrat in genere causae efficientis expellendo impedimenta ad introducendam formam, nego ma. & distincta similiter mi. pro secunda parte, nego consequentiam.

Dico 2. *Quantitas viventium non subiectatur in toto composito ex corpore & anima, sive spirituali, sive corporea.* Haec est communior Scotistarum contra Thomistas & quosdam Scotistas arbitantes, quantitatem subiectari in toto resultantem ex anima corporea & corpore, non tamen in toto resultantem ex corpore & anima rationali. Haec tamen assertio verior est & conformior Scoto, quamvis enim dicat quantitatem semper subiectari in toto, hoc tamen non asserit de toto vivente, sed de toto non vivente, sive tale totum sit ultimatum completum, ut contingit in iis quae simpliciter sunt expertia vitae, sive non sint ultimatum completa, ut accidit in corporibus quae de se ordinata ad vitam.

Probatur Conclusio primò & generaliter: Non potest naturaliter accidens

F. Amandi Hermann Logica.

manere sine suo subiecto immediato inhaerentis, sed eadem quantitas rei viventis manet destructo toto composito ex corpore & anima, sive rationali & spirituali, sive corporea, ut docet experientia, quia videmus mortuo homine, vel quocunque alio bruto & planta, corpora eorum eandem habere extensionem & quantitatem, quem antea habuerant; ergò illorum quantitas non subiectatur in toto composito resultantem ex corpore & anima.

Dices. Quantitatem subiectari in toto composito ex corpore & anima secundum se, totum & etiam secundum suas partes omnes, & sic quando destructo homine, vel quocunque bruto & planta & una ejus parte desinente, adhuc remanet quantitas in altera parte adhuc subsistente, licet desinat esse in anima & in toto. Sed Contra primò. Quia hinc sequeretur, si quantitas subiectaretur in toto & in partibus simul, in toto composito per se, & hoc mediante in partibus, quod quantitas esset simul in duobus subiectis realiter distinctis naturaliter quod repugnat; ergò destructo toto non potest manere eadem quantitas; probatur consequentia, quia nullum accidens potest manere naturaliter destructo suo subiecto immediato, vel dicam quòd albedo possit naturaliter manere in pariete, destructa quantitate parietis, quod nemo admittit. Contra secundò. Quod non inest alicui nisi mediante alio, si illud aliud desinit, amplius tunc non inest illi, ergò cum quantitas non inhaereat partibus nisi mediante toto, si pereat totum non inhaerebit amplius partibus. Contra tertio. Accidentia materialia educuntur de potentia sui subiecti immediati, ergò naturaliter ab eo dependent in esse & conservari, & consequenter nequeunt naturaliter sine ipso esse, vel conservari; vel accidens poterit naturaliter transire de uno subiecto immediato naturaliter in aliud, quod est absurdum. Contra quartò & confirmatur efficaciter conclusio. Quantitas ligni non potest naturaliter manere in materia prima destructo ligno, quia subiectatur immediate in composito ex materia & forma ligni, ergò similiter, nec quantitas rei animatae potest naturaliter manere in materia prima, destructa tota; probatur consequentia. Quia tam immediate quantitas ligni subiectatur in materia prima ligni, quam quantitas viventis in partibus ejus.

Probatur Conclusio secundò specialiter contra Thomistas; quia secundum ipsos totum non distinguitur realiter à partibus, sed sunt ipsae partes unitae, sed non potest quantitas subiectari in partibus unitis, alioquin subiectaretur in duobus realiter distinctis; tum quidquid subiectatur immediate in toto debet necessario subiectari in partibus unitis in via Thomistarum, quia sunt planè idem: ex quo sic infero duo dilemmaticè, ergò vel idem accidens erit simul in duobus subiectis realiter distinctis, naturaliter videlicet in materia & forma, quae etiam dum ununtur realiter distinguuntur; vel totum distinguetur realiter à partibus, quod Thomista haecenus non admiserunt. Sed Contra Conclusionem

Arguitur: Anima corporea est exten-

Cc 2

sa quan-

XI.

XII.

XIII.

la quantitativè quamdiu est in corpore, ergò vel habet in se quantitatem subjectam, vel receptam, vel recipitur in quantitatem, quia aliter ex cogitari non potest quomodo participare posset effectum formalem quantitatis, nimirum habere partem extra partem, cum impenetrabilitate naturali; sed nequit recipi in quantitatem, ut patet: quia nulla substantia recipitur in accidente: ergò debet recipere quantitatem, & consequenter quantitas subjectabitur immediatè in toto composito ex corpore & anima. R. concessa ante: negando consequentiam cum sua probatione: quia sufficit, ut recipiatur in corpore habente quantitatem: nam eò ipso quò una pars talis animæ est in una parte corporis habentis quantitatem. & alia pars in alia parte eiusdem corporis, illæ duæ partes erunt impenetrabiles naturaliter, quia non potest una ex illis esse in eodem loco cum altera: alias duæ partes illius corporis essent in eodem loco: nam ubicunque est pars formæ informantis corpus, ibi erit pars corporis informata per ipsam, nisi sit forma illimitata ad plures partes secundum se totam, sicuti est sola anima rationalis, ergò non requiritur, ut anima corporea sit quantitativè extensa quòd recipiat quantitatem, vel quòd recipiatur in quantitate, seu in re quanta divisibiliter.

Instatur: Anima rationalis in corpus quantum, & tamen non est extensa quantitativè, ergò, ut aliqua anima sit extensa quantitativè non sufficit quòd recipiatur in corpore extenso. R. distinguendo consequentias: hoc solum non sufficit, si non habeat partes integrales quantitativè extensas, concedo consequentiam; si habeat nego consequentiam. Anima autem materiales habent tales partes, anima rationalis non sic, & consequenter illæ animæ recipiuntur divisibiliter, non verò anima rationalis, unde mirum etiam non est quòd illæ possent extendi quando recipiuntur in corpore quanto.

Urgetur. Non aliunde colligitur quòd qualitates recipiantur in quantitate, quàm quia recipiuntur in corpore quanto, & quia habent extensionem quantitativam, ergò si anima corporea habet extensionem quantitativam & recipiatur in corpore quanto, debet dici quòd recipiuntur in ipsa quantitate; sed hoc est absurdum, ergò ad illud vitandum debet potius dici, quòd non recipiuntur in corpore quanto, sed in composito ex corpore & anima. R. 1. negando ant. quia colligimus defacto ex mysterio Eucharistiæ, in qua videmus, quòd qualitates recipiuntur in quantitate. R. 2. negando consequentiam: quia sequitur in conveniens aliud, quia esset admittendum formam substantialem recipi in accidente, nimirum in quantitate, & sic dici posset, quòd accidens esset subjectum substantiæ, non autem sequitur hoc in conveniens ex eo, quòd qualitates recipiuntur in quantitate.

XIV.

Subjectum quantitatis est compositum ex materia & forma quæ non sit anima.

Dico 3. Subjectum immediatum inhesionis quantitatis est totum compositum, ex materia prima & forma substantiali quacumque, quæ non sit anima. Ita Scotus 4. d. 1. q. 1. & 2. d. 3. q. 4. & alibi sæpius, & quamvis in secundo dicat eandem

quantitatem manere ingenito & in corrupto, non loquitur ex propria mente, sed argumentatur ad hominem. Conclusio est contra Conimb. lib. 1. de generatione cap. 4. q. 4. Patet autem Conclusio, tum ex refutatione aliarum sententiarum, quia nimirum non est materia prima, nec compositum ex corpore & anima ut paulo supra: tum quia aliud non est assignabile, tum quia Scotus dicit totum esse immediatum subjectum quantitatis, sed nullum potius quàm allatum, ergò.

Probatur Conclusio etiam

positivè: quia illud est ponendum subjectum immediatum quantitatis, quod est capax quantitatis, & quod denominatur quantum, nec ullum sequitur in conveniens ex eo quòd recipiat quantitatem in se, nec ullum sit iudicium oppositi, sed sic se habet compositum allatum, ergò: ergò dicendum est, quòd immediatè recipiat quantitatem. Probatur mi. quia huiusmodi totum est divisibile in partes entitativas secundum se, & secundum omnes suas partes essentielles Physicas, sed quidquid est sic divisibile est capax, vel ut recipiatur in quantitate, vel ut quantitate recipiat, sed compositum substantiale non potest recipi in quantitate, ergò ipsum erit capax ad recipiendam quantitatem in se.

Dices. Si quantitas immediatè subjecta

retur in corpore, prius quàm informetur ab anima, sequeretur quòd anima non esset actus per se corporis, & consequenter non faceret per se unum completum cum corpore, quod est falsum, ergò: probatur. Actus qui non perficit subjectum nisi mediante accidente non facit ens per se unum cum subjecto, & consequenter non est actus per se illius. R. negando sequentiam ad probationem, dist. ant. actus qui non perficit subjectum nisi mediante accidente, tanquam subjecto mediato, concedo ant. qui non perficit subjectum nisi mediante accidente, nec tanquam subjecto, sed solum veluti mediante conditione, nego ant. & consequentiam; sic autem se non es habet in proposito; quia nullus actus substantialis qualis est quælibet anima, subjectatur immediatè in accidente, qualis est quantitas, quia alioquin substantia dependeret ab accidente quòd sæpius dixi falsum esse.

Dico 4. Quantitas ipsa est primum accidens immediatè inherens substantiæ, reliqua verò accidentia omnia inhereant quantitati tanquam subjecto non ultimato. Hæc conclusio est Scoti & omnium veterum Theologorum, quos refert Rivius & prima pars patet ex dictis.

Probatur adhuc, quia si esset aliud quod accidens, quod immediatè inderet substantiæ quàm quantitas, esset dispositiva qualitas, quàm adversarii statuunt; sed hæc non est, ergò: probatur mi. quia quemadmodum substantia potest immediatè recipere illam qualitatem; ita potest etiam ipsam recipere quantitatem, ergò.

Probatur secunda pars. Secundum

Adversarios debet dari aliquod unum accidens absolutum, quòd sit cæterorum susceptivum, sed nullum aliud potest congruentius assignari quàm

XV.

XVI.

Reliqua accidentia inhereant quantitati non ultimato.

quàm ipsa quantitas, ergò: probatur mi. tum auctoritate Scoti 4. d. 12. q. 2. ubi dicit, quod quantitas sit propinquior substantiæ in ratione substanti quam qualitas, quod etiam denotat ordo prædicamentorum, in quo post substantiam statim ponitur quantitas, licet secundum verisimam qualitas in entitate sua sit quantitate perfectior, non ob aliam rationem, nisi quia immediatè inhæret substantiæ, tum etiam ratione, quia si esset aliquod aliud, maximè esset illa qualitas, sed ipsa non est ex dictis, ergò.

Probatur Conclusio secundò:

Qua quando albedo in superficie & calor extenduntur in quantitate, ergò huiusmodi qualitates immediatè in quantitate recipiuntur. Nec dicas quantitatem esse solum dispositionem necessariam in subiecto, non verò ipsum subiectum immediatum, quia statim in contrarium est auctoritas Aristotelis cap. de quantitate hæc dicens: *Quanta fuerit superficies, tantum fore album dices.*

Probatur Conclusio tertio

ex Mysterio Eucharistiæ sic: Quantitates in speciebus Eucharisticis, verbi gratiâ, albedo, dulcedo, frigus &c. vel sunt in aliquo subiecto immediato, vel multiplicantur miracula sine necessitate, si primum, ergò immediatum illud subiectum erit quantitas, quia nullum aliud congruentius assignari, potest; secundum etiam gratis dicit, ergò.

Dices: In Mysterio Eucharistiæ tam qualitates quàm ipsa quantitas sunt extra omne subiectum, & consequenter nullum habent subiectum immediatum. Sed Contra: quia quando hostia jam frigida, vel vinum congelatum incipit calefieri, & liquefieri introducendo calorem, vel teporem, primus ille gradus tunc productus in hostia, vel est sine omni subiecto, vel in subiecto, si primum, sequitur primò, quòd agens creatum possit creare, quia producit calorem extra omne subiectum; secundò sequitur, quòd ille gradus caloris non appellat ullum gradum frigoris, quòd est aperte falsum; probatur sequela; quia qualitates contrariæ non repugnant nisi in ordine ad idem subiectum, ergò una non expellit aliam nisi succedat expulsi in eodem subiecto: si secundum, ergò istud subiectum erit quantitas, quia non est frigus: nam frigus non potest esse subiectum caloris, quia forma in suo esse dependet & conservatur à subiecto, non verò contrarium à contrario; nec est etiam aliqua alia qualitas, tum quia pono, quòd qualitati isti contraria introducatur, tunc non potest esse subiectum huius, ob rationem jam datam. Item secundò ostenditur: Qualitates materiales ununtur quantitati in Eucharistiâ, sed non alia unione quàm formæ ad subiectum, ergò: major patet, quia nisi unitæ essent non dividerentur ad divisionem quantitatis, nec moverentur ad motum eius: probatur etiam minor, quia non ununtur unione continuationis, alias qualitates essent in alio loco à loco quantitatis, sicut partes continui, sed non datur alia unio naturalis præter istam nisi unio formæ ad subiectum, ergò. Sed in contra

Opponitur: Auctoritas Aristotelis XVIII.

4. Met. l. 14. dicens: *Accidens non accidit accidenti, nisi quia ambo accident eidem subiecto: nihil hoc illi magis quàm illud accidit huic;* Ergò nullum accidens inest alteri proximè. Sed R. 1. Philosophum ibi tantum velle, quòd accidens non inhit alteri accidenti, quia putabat quòd accidens sine proprii subiecti concursu non possit sustentare accidens, unde ly, *quia est idem quod ly quando.* R. 2. Philosophum loqui de accidentibus disparatis, quia ibi exemplificat de albo & musico, quare neganda est consequentia, nec etiam Philosophi auctoritas æstimanda est quidquam, ubi bonis moribus & rebus fidei contrariatur, prout contingit in proposito.

Instatur: Nullum aliud, vel saltem præcipuum fundamentum positæ conclusionis est Mysterium Eucharistiæ, ut patet: tum ex probatione, tum ex modò data responsione; sed hæc ratio nulla est, ergò etiam responsio nulla: probatur mi. quia qualitas ibi non subiectatur in quantitate, ergò: probatur ant. quia eadem inhærentiâ qualitas inhæret substantiæ & quantitati, sed inhærentia ad substantiam in Eucharistiâ est destructa, ergò etiam inhærentia ad quantitatem; probatur mi. quia positâ unione formæ ad proximum subiectum, verbi gratiâ, quantitatem & positâ huius iterum ad remotum subiectum sublato quocunq; alio, dicitur illa forma in esse subiecto remoto. R. negando mi. cum ant. probationis, & eius prob. quia qualitas non inhæret propriè subiecto remoto, vel substantiæ, sed eatenus illi inhærerere dicitur quatenus subiectum proximum, seu quantitas subiecto remoto inhæret.

Urgetur. Nulla est ratio cur dicatur, quòd qualitates subiectentur immediatè in quantitate & mediatè in substantia, ergò hoc gratis asseritur & consequenter solutio nulla: probatur ant. si esset aliqua ratio maximè ea, quia videmus superficiem fieri & denominari albam, quòd fieri nequit nisi albedo subiectetur in superficie & consequenter, quia superficies est quantitas, dicendum videtur qualitatem immediatè subiectari in quantitate, sed hæc ratio non est: ergò, probatur minor, quia eodem modo sicut superficies dicitur alba propter inhærentem albedinem, ita etiam albedo dicitur quanta, ergò pari ratione poterit quis dicere quantitatem subiectari in albedine: probatur consequentia, quia ideò dicitur albedo inhære quantitati, quia denominat superficiem albam, quòd est effectus formalis albedinis; sed etiam quantitas denominat albedinem quantam, quòd est effectus formalis quantitatis, scilicet facere rem extensam & quantam, & sic vel mutuo sibi invicem inhærebunt, vel neutrum alteri, & consequenter omnia ipsi substantiæ immediatè. Hæc ratio non levis est difficultatis, quæ multos ad angustias redegit: unde etiam variæ emerfere desuper responsiones. Ego tamè informa. R. negando ant. cum probationis minori, cuius probationis ant. dist. eodem modo dicitur albedo quanta, id est eodem genere denominationis nego; eodem modo: id est similitudinario modo concedo ant. & nego consequentiam;

quantiam; ad probationem consequentis nego minorem, quoad alteram partem scilicet effectum formalem quantitatis esse, denominare albedinem quantam, quia est tantum effectus materialis; Itaq; ut insinuat Scotus quoad lib. 18. infra C. duo sunt genera denominationum: quaedam dicuntur formales quae à formis in sua subjecta derivantur; quaedam sunt materialis, quae à subjectis in suas formas refunduntur, quod manifestum est omnibus: nam experientia constat dum forma est in materia quod sibi invicem varias communicent denominationes, nam albedo quae est in corpore denominat ipsum quale, coloratum, album; corpus e contra denominatur albedinem subiectatam corpoream, materialem, extensam, & huiusmodi, unde quando in aliquibus subiectis reperuntur tam diversae reciprocae denominationes, tunc non statim asserendum eas esse à formis praecise, sed etiam ab ipsis subiectis. Ut autem colligatur quae sint à formis, quae verò à subiectis, optima regula esse potest haec, ut consideretur utrumq; quod alterutrum denominat, quod nam sit illud, quod ex genere suo est aptius, ut gerat viam subiecti, & quod iterum sit aptius ad gerendum munus formae, hinc quia qualitas in toto suo genere est aptior, ut exerceat munus formae, ideo dicendum est quod albedo denominet superficiem albam, sit denominatio formalis; denominatio verò quae denominat albedinem extensam, quia quantitas non habet in toto suo genere maiorem aptitudinem ad obeundum munus formae quam qualitas, dicitur denominatio materialis, & sic patet non eodem modo se invicem denominare, sed unum alterum formaliter, & alterum primum materialiter.

XIX.

Arguitur. Nihil potest esse subiectum alterius nisi sit in se subsistens, sed quantitas hoc non habet, ergo nec quantitas poterit esse immediatum subiectum. R. dist. ma. non potest esse subiectum ultimum, concedo ma. non potest esse subiectum non ultimum, nego ma. & concessa mi. distinguo similiter consequens.

Instatur. Quod dependet dependentiam unius generis, non potest alterius dependentiam in eodem genere terminare, sed quantitas dependet à substantia in genere susceptivi, ergo non potest terminare dependentiam alterius in eodem genere, & consequenter non potest aliud accidens subiectare. R. negando ma. Pater enim dependet à suo Patre in genere causae efficientis, & in eodem genere terminat dependentiam filii.

Urgetur. Materia non potest informare, ergo nec forma subiectare. R. negando consequentiam, quia non solius materiae est subiectare, sicut solius formae est informare.

QUAESTIO III.

An idem numero accidens possit esse in pluribus subiectis, vel duo solo numero distincta in eodem?

K

Primam partem fuse tractat Doctor sub eodem titulo q. 17. de rerum principio per totum, & secundam etiam incidenter, sed ex

professo 5. Met. q. 7. per totam in qua tandem videtur problematicus, sed ad partem affirmativam magis inclinatur, ut ipsum interpretatur Covellus. Notandum tandem quod prima pars tituli non procedat de potentia ordinaria, vel de eo quod naturaliter contingere potest, sed de potentia absoluta: nam certum est in omni Philosophia nullum accidens, sicut nec etiam ullam formam substantialem posse esse naturaliter in duobus materiis, vel in duobus subiectis. Unde ad partem primam

Dico I. Idem numero accidens de potentia Dei absoluta potest simul & successive esse in pluribus subiectis.

Probatur Conclusio primo: quoad utramq; partem simul; quia potest DEUS facere omne illud quod nec implicat contradictionem, nec in ipso aliquam arguit imperfectionem; sed hoc est tale, ergo.

Probatur secundo: Potest eadem forma substantialis, verbi gratia, anima rationalis poni simul in pluribus subiectis, imò defecto ita est, saltem unitis in capite scilicet manibus & pedibus, ergo etiam forma accidentalis à paritate in pluribus subiectis etiam non unitis, probatur consequenter. Quia unio comparata ad divinam potentiam nihil facit, ergo: probatur ant. quia potest idem corpus ponere in pluribus locis, quantumcunq; distantibus.

Dices. Disparitatem esse, quia accidens dicit dependentiam ad subiectum, sed R. id omnino falsum esse, quod patet tum ex dictis, quia alias DEUS non posset illud conservare extra subiectum, cuius contrarium manifestum in Mysterio Eucharistiae, ubi accidentia sunt sine subiecto. Et hinc

Probatur 2. pars speciatim:

Quia DEUS ex modo dictis & infra probandis potest accidens conservare extra omne subiectum realiter ab eo separatum, ergo potest illud etiam ponere in diversis subiectis successive, probatur consequenter: separare accidens à subiecto & illud extra omne conservare plus arguit quam ponere illud successive in pluribus subiectis, sed primum potest DEUS facere, ergo & secundum: probatur ma. Quia esse extra subiectum non est accidentis essendi modus connaturalis, esse verò in subiecto est ejus modus connaturalis, sed plus arguit esse extra modum suum connaturalem, quam esse cum eo, ergo plus est conservare accidens extra subiectum, quam ponere illud in pluribus subiectis. Hoc ipsum docet etiam Scotus 4. d. 12. q. 2. n. 12. & 15. de accidentibus Eucharisticis, casu quo pane annihilato crearetur, vel aliter produceretur alia substantia, quae esset capax subiectae illa.

Opponitur. Autoritas Scoti 3. d. 1. q. 2. n. 4. ubi dicit sic: Ita impossibile videtur unum accidens esse in duobus subiectis, sicut unam formam substantialem in duabus materiis, igitur sicut necessario sequitur infinitas in forma substantiali, si esset in pluribus materiis, necessario sequitur infinitas, ex eo quod unum accidens esset in multis: Ergo Scotus tenet nullam

QUÆSTIO IV.

An accidens possit esse sine omni subiecto, & qualem tunc existentiam & modum existendi haberet?

Congruum est, ut postquam egi & I.

examinavi utrum accidens possit esse in pluribus subiectis, vel plura in eodem, ut explicam quoque, an possit esse sine omni quod hæcenus quodammodo semper præsupponebatur, & de quo in Theologia accidit sermo, quare etiam primam partem expediam breviter. Circa secundam plures & variæ sunt sententiæ, quarum Prima est D. Thomæ 3. p. q. 77. a. 1. ad primum apud Scotum 4. d. 12. q. 1. a. n. 13. quinque rationibus rejecta, quæ dicit, quod quantitas & quandoque aliud accidens separatim accipiat novum esse. Secunda quæ est prioris quodammodo explicativa, est Suarez, Vasquez, asserentium accidens separatim non accipere novam existentiam, cum ejus existentia non distinguitur ab essentia, acquirere tamen novum modum existendi positivum à sua entitate, vel formaliter, vel modaliter distinctum, quo redditur accidens per se subsistens, non aliter ac si esset substantia. Tertia sententia est Scoti 4. d. 12. q. 1. per totam cum sua Schola, quæ docet, quod accidens separatim, nec novam existentiam, nec novum modum existendi positivum, nec aliud quidpiam præter negationem actualis inhærentiæ ad subiectum de novo acquirere, & per hoc præcisè, quod conservetur à DEO sine inhærentia ad subiectum, posse dici existere per se, id est: non in alio actu, esto semper ex natura sua petat dependere ab alio tanquam à subiecto, cum inhærentia aptitudinalis sit ejus propria passio, interim ad primam partem.

Dico I. *Accidens absolutum potest divini- II. rum separari à suo subiecto & sine eo conservari, non verò respectivum.* Ita Scotus supra & quantum ad primam partem Conclusio est de fide, quæ proinde accidens absolutum potest esse sine omni subiecto, non respectivum.

Probatur primò. Quia videmus & de fide tenemus in transubstantiatione substantiam panis destrui manentibus duntaxat speciebus, ergò accidentia absoluta possunt separari à suo subiecto, & sine eo conservari: probatur consequentia, quia illa accidentia remanentia nullum habent subiectum in quo existant, ergò: probatur ant. quia si esset aliquod maximè corpus Christi; sed hoc non est tale subiectum, ergò: probatur mi. quia corpus Christi in eo statu est incapax talium accidentium.

Dices: Ex mysterio Eucharistiæ bene colligi potest, quod quantitas separari possit à subiecto; sed non quod universaliter alia accidentia absoluta & omnes qualitates. Sed Contra eadem ratio, quæ suadet separationem quantitatis à subiecto, militat etiam pro omnibus qualitatibus. Contra 2. Quia quantitas ideo à subiecto separari potest, quia est aliquod absolutum non dicens essentialem ordinem de se ad aliud; sed qualitas æq; est absoluta ac quantitas. Contra 3. Qualitas est perfectior quam

nullam formam posse esse in pluribus subiectis. R. negando consequentiam. Ad auctoritatem Doctoris dico, eum absolute non negare alterutrum, scilicet, quasi nec forma substantialis, nec accidentalis possit esse in pluribus, sed tantum refellit responsum Varronis ad quoddam argumentum Theologicum; & tantum docet, si sequeretur infinitas formæ substantialis, ex eo quod esset in pluribus materiis, quod etiam sequeretur infinitas formæ accidentalis, quod est verissimum, sed nihil contra me; nam reverà non sequitur accidens potest esse in pluribus subiectis, ergò in infinitis; quia potentia intellectiva potest plura intelligere simul, non tamen infinita; anima rationalis plura informare non tamen infinita, quia ex natura sua est finita & limitata sed

Instatur. Si accidens posset esse simul in pluribus subiectis, sequeretur quod simul dependeret à subiecto A, & non dependeret, quia destructo subiecto A, maneret adhuc in subiecto B, sed hoc est falsum, ergò: probatur mi. quia idem non potest totaliter & adæquatè dependere à duabus causis totalibus ejusdem generis & ordinis. R. 1. negando sequelam, quia accidens posset ita esse simul in pluribus ut ab uno tantum dependeret per informationem, & alteri tantum uniretur; vel ita ut ab utroque subiecto tantum dependeret partialiter.

Dico 2. *Duo accidentia solo numero distin- III. gta possunt esse simul in eodem subiecto.* Conclusio quantum ad accidentia intentionalia, scilicet quantum ad species sensibiles & intelligibiles est Scoti, & de se certa; quia patet: in eodem oculo est species intentionalis tam nigredinis quam albedinis, carnis & hominis &c. item in eodem intellectu similes species intelligibiles; probatur ergò Conclusio de Accidentibus absolutis: Quia duo ignes, vel duæ candelæ applicatæ eidem loco, vel spatio capaci plurium graduum luminis & caloris, simul produciunt duos gradus luminis & caloris, non tantum intensivè, sed etiam extensivè, ergò. Probatur etiam de accidentibus relativis: Quia albedo, verbi gratiâ, dicit plures similitudines numero distinctas ad omnes alias albedines ejusdem speciei, & plures dissimilitudines ad omnes alias nigredines, ergò.

Opponitur Auctoritas Scoti 5. Met. e. 7. qui non modo argumenta allata, sed plura alia exquisita adfert, quæ conclusionem propositam probare possent, eaque absolute solvit veluti in sufficientia, ergò Conclusio est contra Scotum. sed R. Doctorem facere in favorem sententiæ contrariæ, quæ est divi Thomæ, asserentis implicare duo accidentia ejusdem rationis, esse in eodem subiecto, quia in eodem quæstione infra n. 11. sententiam suam statuit, scilicet posse ejusdem rationis accidentia solo numero distincta in eodem subiecto esse, licet postea iterum de hac re problematice disputat.

quàm sit quantitas, ergò si quantitas separari potest, poterit & qualitas.

Probatur Conclusio secundò:

Quidquid DEUS potest cum causa secunda facere, potest se solo, sed cum causa secunda potest conservare accidentia in subiecto, ergò potest illa conservare se solo sine omni: ma patet. Quia DEUS potest supplere omnem defectum cujuscunque causæ extrinsecæ; sed subiectum est extrinsecum respectu accidentis, quod probatur: si enim esset de ratione intrinseca accidentis, accidens esset compositum per accidens, ergò:

Probatur Conclusio tertio

quoad secundam partem: Quia accidens respectivum est essentialiter habitudo inter duo extrema, ergò sicut tollere terminum ad quem dicit respectum, est tollere, vel destruere respectum; ita tollere illud cuius est respectus, nempe subiectum, vel fundamentum, est tollere respectum & rationem ejus, seu accidentis respectivi, adeoque semper requirit fundamentum: seu subiectum, & hoc non quia accidens, sed quia tale est.

IV.

Opponitur Autoritas Philosophi 7.

Met. l. 3, dicens: Nihil ipsorum (id est accidentium) secundum se est aptum natum, nec possibile separari à substantia. Item in primo Phys. ait: Intellectus querens separationem accidentis est querens impossibile &c. alibi similia. Sed R. Philosophum in presenti materia magno perè errasse, adeoq; à Christiano Dialectico eum in hoc passu derelinquendum, sicut & in multis aliis punctis, quæ mores, vel fidem concernunt, quia in similibus ex naturalibus processit falso innixus principio, scilicet quòd DEUS, nullum effectum possit producere sine concursu causæ secundæ; sed contra primam partem Conclusionis

V.

Deus supplet causalitatem materia in qua.

Arguitur etiam ex ratione; Deus non potest supplere causalitatem causæ materialis; sed subiectum est causa materialis respectu accidentis, ergò Deus non potest supplere causalitatem ejus, & consequenter nequit separare accidens à subiecto. R. dist. ma. in genere causæ materialis ex qua, transeat ma. in genere causæ materialis in qua, nego ma. Itaq; accidens dependet à subiecto non in genere causæ materialis ex qua, quia alioquin esset compositum per accidens, & hunc concursum DEUS supplere nequit, quia nullius entis pars esse potest, bene tamen potest supplere causalitatem in qua, id est subiecti sustentantis vices, & posteriori dependentiâ solum dependet accidens à subiecto.

III

Instatur: Causa materialis in qua, ex dictis modo est illa, quæ sustentat formam sibi inherenterem, sed Deus non potest sic sustentare, ergò nec supplere subiecti vices in hoc genere causæ materialis. R. dist. conseq. non potest supplere vices in genere causæ materialis in qua, id est in se recipiendo, concedo; in genere causæ efficientis, id est conservando accidens effectivè sine omni subiecto, veluti esset sub subiecto, nego consequentiam.

Urgetur: Accidens non potest aliter dependere à DEO sublato subiecto, quàm dependeret præsentè subiecto, ergò destructo subiecto non aliter supplet, vel terminat dependentiam subiecti quàm antè: probatur ant. quia dependentia accidentis ad Deum est relatio transcendentalis, realiter accidenti identificata, ergò est eadem sine prorsus ulla mutatione ante & post subiecti destructionem. R. dist. ant. aliter, id est alia dependentia, concedo ant. aliter, id est alio modo, nego ant. & consequentiam; quia antea dependebat à Deo & à causa secunda simul, nunc verò à solo Deo.

Replicatur: Si Accidens potest esse

& conservari à solo Deo sine illa dependentia ad secundam causam, sequeretur quòd superflueret illa dependentia ad causam secundam, seu ad subiectum; sed hoc est in conveniens, ergò: R. negando sequelam ma. Quia licet Deus se solo possit facere quidquid potest facere cum causæ secunda, de potentia sua absoluta, tamen ut connaturaliter hoc faciat, admittit concursum causæ secundæ, quia ita decrevit & expedit etiam, alioquin causæ secundæ, quæ habet virtutem productivam, effectus totaliter impedirentur.

Arguitur 2. Probando quòd etiam acci-

dens respectivum possit separari à suo subiecto sic: Quæcunq; essentialiter & realiter distinguuntur sunt mutuo separabilia; sed accidens respectivum & subiectum realiter & essentialiter distinguuntur, ergò sunt mutuo separabilia: patet minor, quia subiectum est ipsum fundamentum: probatur, quia sicut ex identitate essentia colligitur inseparabilitas, ita ex diversitate essentia deducitur separabilitas. R. dist. ma. Quæcunq; essentialiter distinguuntur &c. si etiam essentialiter ab invicem non dependeant, concedo ma. si dependeant, nego ma. Itaq; accidens respectivum essentialiter dependet à fundamento & termino, quia est essentialiter respectus inter duo extrema.

Instatur: Nec fundamentum, nec terminus est de essentia relationis, seu accidentis respectivi, ergò relatio non potest ab illis essentialiter dependere: probatur ant. quia fundamentum & terminus sunt extra absoluta, nullum absolutum autem est de essentia respectivi, ergò: probatur etiam consequentia, quia Deus potest supplere illam dependentiam; sed R. verum quidem esse quòd extrema non sint de essentia relationis, at tamen respectus inter illa extrema est de essentia, seu potius ipsa essentia; unde negatur consequentia, cum sua probatione, quia Deus non omnem omnino dependentiam terminare potest, sed illam tantum quæ est in genere causæ efficientis.

Urgetur: Fundamentum in ordine ad relationem necessariò se habere debet, vel ut causa formalis, vel finalis, vel materialis aut efficientis, quidquid dicatur poterit Deus supplere, ergò: minorem intelligo in iis in quibus statuetur, quia suppono quòd non habeat se per modum causæ formalis, nec materialis ex qua: probatur mi. quia Deus potest supplere causalitatem

VI

Que distinguuntur sunt mutuo separabilia: probatur, quia sicut ex identitate essentia colligitur inseparabilitas, ita ex diversitate essentia deducitur separabilitas.

tatem causæ efficientis & materialis in qua, & alia supplenda non est, ergò omnem supplere potest: probatur mi, quia potest id in accidente absoluto, ergò etiam in respectivo. R. concessa ma. negando mi. cuius probationis ant. concedo & nego probationis consequentiam; quia disparitas est de accidente respectivo & de absoluto; absoluti dependentiam quidem Deus terminare potest, non tamen respectivi, quia hoc non modò dependet à subjecto, ut subjecto; sed etiam ab eodem veluti à fundamento, ad quod ex sua differentia specifica majorem dicit connexionem, quam dicat accidens absolutum ad suum subjectum.

Replicatur Dependentiæ relationis à fundamento etiam, ut fundamento est in genere causæ extrinsecæ, ergò Deus supplere potest: probatur consequentia: Quia omnem dependentiam extrinsecam Deus supplere potest; sed hæc est talis, ergò. R. concessio ante negando consequentiam, cum probationis ma. vel si majoris distinguo: Omnem dependentiam extrinsecam Deus supplere potest, in genere absolutorum concedo; in genere relativorum, nego ma. & distinctà similiter minori, nego consequentiam. Quia hæc est accidentis differentia, in quo ab absoluto distinguitur; quòd licet hoc esse possit sine omni eo quod non est de essentia ejus, respectivum tamen non potest, quia hoc pendet etiam essentialiter ab eo, quod non est de ejus essentia, & idèò dicitur respectivum quasi aliud à se necessariò respiciens. Sed ad secundam partem

Dico 2. *Accidens separatum à subjecto suo, non acquirit novam existentiam, neg. novum modum existentis à sua existentia distinctum; sed per eandem existentiam, quæ existebat in subjecto conservatur à solo Deo extra subjectum.* Hæc quoad omnes partes est Scoti & Scholæ suæ. Et quoad primam partem videtur ex Tridentino Sess. 13. can. 2. de fide, ubi dicit: eadem accidentia manere destructa substantiæ panis.

Et probatur primò ad oculum: Quia existere non est aliud quam esse in rerum natura extra suas causas; sed accidentia Eucharistica ad oculum sic sunt, ergò:

Probatur secundò. Illa nova existentia, quæ adveniret, deberet inherere priori existentie actuali, tanquam actus potentie; sed actus verus & realis, qualis esset ista existentia, non potest sic inherere nisi potentie, vel existentie actualiter existenti, ergò daretur existentia actualiter existens ante istum actum, ergò etiam existentia, quia per eam nihil aliud intelligo.

Probatur: Si acquireret aliam existentiam, deberet priorem perdere; sed priorem perdere non potest, ergò nec acquirit novam: probatur mi. Quia si perderet priorem existentiam, perderet etiam priorem essentiam, & prius suum esse; sed si perderet priorem essentiam, & prius esse non esset idem accidens; sed aliud, ergò: probatur ant. quia essentia & existentia non distinguuntur.

Probatur secunda pars: Quia vel ille novus modus positivus advenit accidenti

F. Amandi Hermann Logica.

ante separationem, vel post separationem; si primum, ergò accidens habet duos modos planè oppositos simul, scilicet illum novum modum existendi per se, & priorem existendi in alio; sed hoc repugnat, ergò: probatur: quia sic effectus per se, & ens in alio, ergò: si secundum, ad nihilum planè deferuit; quia idèò ponitur iste novus modus præcisè secundum eos, qui sic ponunt, ut accidens existat per se sine subjecto; sed ante talem modum per hoc præcisè, quòd ponatur & conservetur à Deo extra subjectum habet totum hoc, ergò frustraneus est ille modus novus positivus.

Dices. Illum modum in fervire, ut loco subjecti sustentet accidens, ergò non esset frustraneus. Sed contra: ille modus non sustentaret accidens; sed sustentaretur ab ipso accidente; sed hoc est inconveniens, quia absurdum est, quòd aliqua forma sustentet suum subjectum, ergò: probatur ma. Quia illud, quod est prius alio, sustentat illud, quod est posterius ipso; sed accidens est prius illo modo, ergò sustentabit illum, & consequenter modus ille non poterit sustentare accidens, adeòq; verè & absolute erit frustraneus.

Probatur eadem pars secundò:

Ille modus, vel est ens, seu modus substantialis, vel accidentalis; si ens substantiale, ergò erit subjectum accidentis, & sic accidentia contra fidem in Eucharistia extra subjectum non erunt; si verò est modus substantialis, tunc sequetur, quòd aliquid substantiale subjectetur in accidente, quod fieri nequit; si deniq; modus est accidentalis, ergò non potest accidenti tribuere modum essendi per se, quod implicat simpliciter, ergò. Deinde ad idem est, quod non sit modus accidentalis: Quia esse substantiale non potest alicui conferre, ut sit in alio, ergò nec esse accidentale, ut sit aliquid per se, ergò. Sed contra Conclusionem hanc

Arguitur. Alius est influxus causæ primæ, quo cum causâ secundâ concurrat ad alium effectum, & alius quo se solo illum producit, ergò accidens acquirit novum modum existendi quando separatur, quam antea habuit: probatur ant. quia alius est influxus quo Deus cum sole producit lumen, & quando se solo illud producit, ergò: quia tunc concurrat modo aliquo determinato & antea non; sed indeterminato, ita quòd sicut concurrebat ad productionem luminis, poterat concurrere ad productionem frigoris; sed modus determinatus est alius à modo indeterminato, ergò: R. dist. ant. primum est alius influxus quoad rem, nego ant. quoad modum, concedo ant. & nego consequentiam: similiter distinguo probationem antecedentis prioris, quia quoad rem est idem influxus, quo cum causâ secundâ & se solo producit lumen & illud conservat: nam & modo plures effectus producuntur à Deo concurrente causâ secundâ, qui tamen postea à solo DEO conservantur, & tamen concursus ille conservativus non est distinctus à productivo; deinde ad probationem, nego ma. quoad illud quod, scilicet concursus Causæ primæ cum causâ secundâ sit indeterminatus, quin ut dicam in Physica est

Dd deter-

VIII.

IX.

X.

determinatissimus, ita ut non modo in specie concurrat ad actus; sed etiam individuatio actus, seu quod in hoc individuo fiat, determinatur à Deo, & licet sit virtualiter multiplex, nunquam tamen dici potest indeterminatus & confusus, quia hoc perfectioni divinæ repugnat.

Instatur. Quod accidens existat extra omne subiectum est omnino quid supernaturale; sed si esset idem concursus in re quo concurrat ad conservationem accidentis in subiecto, cum eo quo concurrat sine subiecto non esset, quid supernaturale, ergo non est idem concursus & influxus, ma. patet: probatur mi. Quia nihil est supernaturale, quod à causa naturali cum concursu ei debito fieri potest; sed causa naturalis posset, verbi gratiâ, solo cum solo concursu generali, naturaliter sibi debito, lumen in aëre productum annihilato aëre, qui est subiectum ejus, conservare extra subiectum, ergo talis existentia & conservatio luminis non esset supernaturalis. R. negando mi. cum minori probationis, quia in ea assumitur casus impossibilis, nempe quod Deus annihilato aëre adhuc posset existere soli, ad conservandum lumen in posterum sine subiecto, quia talis conservatio esset actio creativa, quæ creaturæ competere nequit: Deus potest tamen conservare lumen in aëre jam à sole productum, aëre annihilato, eo concursu quoad rem quo prius, & licet idem foret concursus quoad rem, non iam propterea esset lumini connaturalis, quia ejus connaturalis concursus & debitus non est, nisi in subiecto.

Urgetur. Si sufficit tantum alius concursus quoad modum, & non requiritur quoad rem, ut aliquid dicatur existere supernaturaliter, sequetur quod lapis in sublimi loco detentus supernaturaliter ibi detineretur; sed hoc est inconvenientissimum, ergo etiam quod idem accidens conservetur eodem concursu sine subiecto & in subiecto: probatur, quia ille status lapidis est ei debitus & connaturalis, ergo inconvenientissimum erit dicere quod sit supernaturale. R. negando sequelam ma. Quia ad hoc, ut aliquid dicatur supernaturaliter existere, non sufficit, ut alio tantum modo existat ab eo, ad quem ex natura sua ordinatur, alioquin monstra producerentur supernaturaliter, & aqua supernaturaliter ascenderet sursum; sed requiritur ut alio modo existat, quem tam natura specifica, quam natura universi requirit: quare si existat alio modo quam natura, particularis requirit, & tali tamen modo quem exigit natura universi, non est supernaturalis modus.

QUÆSTIO V.

An accidentia educantur de potentia subiecti?

- I. Hæc quæstio dependet ab illa, quam in Physica etiam tractabo cum aliis, an scilicet formæ substantiales educantur de potentia materiæ? Et sicut ibi res non absolute deciditur; sed solum educi formas materiales naturales, non verò spirituales, qualis est anima: ita hic

quoque distinguendum erit. Per educationem autem aliud non intelligo, quam productionem formæ in materia, vel subiecto cum dependentia ab influxu materiali ipsius materiæ, vel subiecti: ita ut quæcumque forma dependet inferi ab influxu positivo materiæ, dicatur de potentia ejus educi. Itaque notandum Accidentium esse diversa genera: nam aliqua sunt connaturalia subiecto, & sunt illa quæ subiectum necessarium postulat inesse sibi, ut calor respectu ignis, frigus respectu aquæ: Alia verò sunt accidentia violenta, & sunt illa à quibus subiectum naturaliter, id est secundum naturam inclinationem abhorret, ut calor respectu aquæ, frigus respectu ignis: Alia iterum sunt neutra, & sunt illa ad quæ subiectum est indifferens, ita ut connaturaliter illa non exigat, nec tamen etiam abhorreat ipsa, ut albedo & nigredo in superficie: Alia sunt accidentia artificialia, & sunt illa quæ ars inducit in materiam, vel subiectum, ut statua leonis, tygridis, aut canis, in ligno, marmore, vel bronzo &c. Alia denique sunt accidentia supernaturalia, & sunt formæ illæ accidentales, quæ præter, vel supra exigentiam naturarum ipsis adveniunt, & sunt omnes habitus & actus supernaturaliter & divinitus infusi, quæ proinde sunt in duplici differentia; alia enim sunt, quæ à solo Deo in genere causæ efficientis produci possunt, ut lumen gloriæ, habitus fidei, spei, &c. & alia quæ mediantibus illis habitibus, vel saltem speciali concursu Dei produci possunt à creatura in genere causæ efficientis, ut sunt omnes actus istorum præfatorum habituum. Quo prænotato

Dico I. Omnia accidentia, supernaturalia exceptis educantur de potentia subiecti. Est communis in Schola Scoti &

Probatur primò. Quia omnia illa naturalia accidentia qualiacumque demum sint, si supernaturalia excipias, vel creantur, vel educuntur, de potentia subiecti; sed non creantur, ergo educuntur de potentia subiecti, probatur ma. quia omnia, vel producuntur in aliquo subiecto & de subiecto, vel de nihilo subiecti: seu, vel producuntur dependentèr à subiecto, vel independentèr; si primum, ergo producuntur de potentia; si secundum, ergo creantur: probatur mi. quia omnes aliæ formæ producuntur effectivè à creatura, verbi gratiâ, calor ab igne, frigus ab aqua; sed quod effectivè producitur à creatura, non creatur, ergo: probatur mi. quia creare nequit nisi solus Creator unus omnipotens Dominus.

Probatur secundò: Omnia accidentia dependent in fieri & conservari à suis subiectis, ergo nisi evidens ratio, vel urgens auctoritas cogat, tenendum est, quod educantur de potentia subiectorum, ant. patet: probatur consequentia. Quia ex hæc sola ratione cognoscimus formam quamcumque educi de potentia materiæ, ergo: probatur ant. Quia seclusa revelatione, quæ cognoscimus animam rationalem manere separatam à corpore, & operari, impossibile esset colligere, quod non educeretur de potentia materiæ sicut cæteræ animæ brutorum; & contra ex eo colligimus animam equi educi de potentia materiæ, quia quando

definit conservari à materia, inque materia definit omnino operari & esse; ergò hæc est præcisa ratio, ita ut si quis contrarium adstrueret, omnem præcluderet viam cognoscendi, quænam formæ educantur de potentia, & quæ non.

Dico 2. Nulla accidentia quæ à solo DEO in genere causæ efficientiæ producuntur, ut sunt gratia & lumen gloriæ &c. educantur de potentia subjecti. Hæc est Scoti in 2. d. 23. q. 1. & 3. d. 11. q. 1. n. 4. & in 4. d. 1. q. 1. §. Intelligendum est pro opinione Magistri. Est etiam D. Thomæ, D. Bonav. Nominal. contra Suarez, Vasquez, Lovanenses.

Probatur primò. Illa accidentia, quæ infunduntur subjecto, non educuntur de potentia ejus; sed omnia accidentia memorata infunduntur subjecto, ergò non educuntur de potentia ejus: ma. patet, quia omnis forma, quæ infunditur, prius est natura, quam infundatur subjecto, aut ab eo dependeat, ergò nulla talis educitur de potentia ejus, consequentia patet, quia forma deducta ex potentia subjecti non est prius quam ab ea dependeat à natura: probatur sui. ex Trident. Sess. 6. can. 7. de accidentibus hisic loquente. *Hæc omnia simul infusa accipit homo per Jesum Christum, qui ei inserit fidem spem & charitatem.*

Dices. Illa etiam, quæ de potentia subjecti educuntur, etiam possunt dici infusa, ergò ex infusione non colligitur independentia: probatur ant. quia actus vitales educuntur de potentia subjecti, & tamen dicuntur infundi: nam idem Concilium cap. 16. ait: *per infusionem Spiritus Sancti fieri in nobis, ut velimus sanari;* & Ecclesia in Orat. Dom. 5. post Pentec. sic orat: *Deus &c. infunde cordibus nostris tui amoris affectum,* & in hymno de Spiritu Sancto: *infunde amorem cordibus;* & ratio etiam est, quia infusio non opponitur educationi; sed acquisitioni per proprias vires, nam etiam scientia Adamo & Salomoni dicitur infusa, licet fueriteducta de potentia subjecti, quia eam propriis viribus non acquisierunt. R. 1. Quòd ista omnia fusè relata possint congruè intelligi & exponi de habitibus infusis, qui idè dicuntur infusi, quia fiunt in nobis sine nobis, id est sine nostra cooperatione, & proinde nihil implicat, quòd creentur in nobis sine nostra cooperatione; actus verò fiunt in nobis cooperantibus nobis & nostris potentis, quia tam clarum est, actus educi de potentia subjecti, quam clarum est potentias nostras non creare; idè actus eorum dicuntur infusi, quatenus requirunt aliquod auxilium supernaturale ad sui productionem, quòd potentia cooperetur: habitus autem totaliter dicuntur infusi sine ulla nostra cooperatione, & proinde licet actus aliquando dicantur infusi, non inde licet inferre, quòd habitus educantur de potentia subjecti.

Probatur Conclusio secundò.

Cui ex natura sua repugnat causari à perfectissima causa creata propter sui perfectionem, non potest causari ab imperfectissima causa creata; sed inter causas creatas imperfectissima est materia, & perfectissima efficiens, ergò cui repugnat causari ob sui perfectionem ab efficiente creato, nec poterit causari à materiali sublimo; sed gratia & gloriæ ob suas perfectiones repugnat ab efficiente creato produci, ergò etiam à materiali in quo genere concurrunt omne subjectum.

Probatur tertio. Nulla causa creata causat illud, quod immediatè & sine alio prævio reddit hominem justum & Deo gratum; quia alias gratia non esset gratis data, si vel partialitèr à nobis causaretur; sed gratia reddit hominem immediatè Deo gratum & acceptum, ergò nulla causa creata in aliquo genere eam causat. Confirmatur: Quod aducitur de potentia materiae, vel subjecti, debet virtualitèr præfuisse in materia; sed gratia non præfuit materialitèr in materia, ergò: probatur mi. Quia effectus ordinis supernaturalis non potest contineri in causa naturali; sed gratia est talis effectus, ergò. Secundò isti habitus dicuntur in Scriptura sacra creari, ut patet Psalmo 50. *Cor mundum crea in me Deus:* nam per gratiam habitualement cor novum & justum creatur, ergò isti habitus creantur. Sed in contra

Arguitur. I. Gratia dicitur tantum metaphoricè creari; quia quemadmodum vera creatio est productio rei ex nihilo subjecti & sui, ita gratia in nobis creari dicitur, quia fit in nobis ex nihilo nostrorum meritorum præcedentium, ergò: Contra ex hoc sequeretur, orationem istam Prophetæ esse impiam, vel inanem: probatur sequela; quia vel loquitur de meritis de condigno, vel de meritis de congruo; si secundum, oratio est impia, quia sensus erit iste, *justifica me Deus sine ullis meis meritis de congruo, quod impium est petere, tum quia hoc est saltem indirectè petere, ut ille nulla habeat merita saltem de congruo, tum etiam, quia in adultis qualis fuit Propheta, qui sic oravit, necessè est merita saltem de congruo præcedere justificationem: si verò loquitur de meritis de condigno, oratio est inanis, quia fide certum est, quòd non justificemur ex præcedentibus nostris meritis de condigno, orare autem, quòd fide certum est fieri, inane est, sicut certo inane esse, ut anima D. Bernardi, vel Francisci fruatur aeterna beatitudine in cælo &c.*

Instatur. Terminus creationis subsistit per se; sed gratia non sic subsistit, ergò gratia non creatur & consequentèr educetur de potentia subjecti: probatur mi. quia gratia necessario petit esse in alio, ergò. Sed R. faciliter: Terminus creationis substantialis subsistit per se, concedo ma. accidentalis, nego ma. Itaq; quòd non subsistat per se, non provenit ex eo quòd aliquid sit terminus creationis; sed ex eo quia est tale ens &c.

Urgetur. Quod est terminus creationis, non potest à nobis corrumpi: sed gratia corrumpitur à nobis, ergò non est terminus creationis: patet ma. quia quod est terminus creationis annihilatur, quod nulli competit creaturæ, æq; ac non competit ulli creare: probatur minor, quia nos introducimus formam contrariam gratiæ, scilicet peccatum: quod immediatè, dum advenit gratiam expellit, ergò à nobis corrumpitur. R. concessa ma. negando mi. ad

D d 2
cujus

VII.
Non potest dici gratiam metaphoricè creari.

cujus prob. distinguo ant. Nos introducimus formam contrariam, scilicet peccatum, quod gratiam expellit Physicè, nego ant. moraliter, concedo ant. & nego consequentiam. Quia posteriori modo expellere gratiam non est propriè & ex nostra virtute, sed tantum de meritorie, quia Deus æterno fancivit decreto, quod posito peccato ex parte nostra non velit gratiam amplius conservare, sed annihilare.

VIII.

Arguitur 2. Gratia, aliâq; accidentia supernaturalia dependent in fieri & conservari à subjecto, ergo educuntur de potentia illius. R. dist. ant. dependent Physicè à subjecto, id est tanquam in genere causæ materialis concurrente, nego, materialiter sicut Deus statuerit nunquam illam producere, vel conservare, nisi in anima tanquam in subjecto, cui illa uniantur, concedo ant. & nego consequentiam; quia ad educationem requiritur dependentia in esse & conservari primo modo.

Instatur. Illa accidentia sic dependent in esse & conservari, sicut albedo à pariete: sed albedo Physicè dependet, ergo & illa: probatur ma. tantum esset miraculum si Deus conservaret gratiam sine anima, quantum si conservaret albedinem sine pariete; ergo signum est, quod tantum gratia ab anima, quantum albedo à pariete dependet. R. negando ma. ad probationem nego ant. quia albedo dependet à pariete in genere causæ materialis, in qua à pariete & ipsi etiam unitur, sicq; Deus suppleret quasi duplicem defectum, scilicet, causalitatem in genere causæ materialis in qua, & unionis ejusdem ad parietem, quæ duo albedini per omnia æqualiter connaturalia sunt; in gratia autem defectum simplicis suppleret unionis, & sic non esset ibi tantum miraculum.

Urgetur. Quæcunq; necessariò insunt alicui, dependent Physicè ab eodem: sed omne accidens necessariò inest subjecto naturaliter loquendo; ergo omne etiam necessariò dependet & consequentè etiam accidentia supernaturalia. Ut in forma respondeam: Nota, duplicem esse in existentiam, unam quæ dicit in existentiam propriè dictam cum causalitate, quæ forma in fieri & conservari dependet à causa materiali concausante; aliam quæ tantum dicit specialem unionem formæ ad subjectum, & hæc aliter sustentatio dici potest, quia non includit necessariò talem causalitatem: quod verò hæc duæ in existentia distinguantur patet in anima rationali, quæ in existit secundâ, non tamen primâ existentia; hoc præfacto. R. in forma dist. ma. Quæcunq; necessariò insunt alteri in existentia primo modo sumptâ dependent Physicè ab eodem: concedo ma. quæcunq; in existunt alteri in existentia secundo modo sumptâ, nego ma. sic autem est in proposito, quia hæc accidentia supernaturalia prius naturâ independentè ab anima in genere causæ materialis concurrente à solo Deo accipiunt esse, & postea recipiuntur in anima.

IX.

Arguitur 3. Quod fit ex præexistente subjecto non creatur, sed educitur: sed gratia fit ex præexistente subjecto, videlicet anima, ergo non creatur, sed educitur. R. dist. ma.

quod fit ex præexistente subjecto à quo dependeat in genere causæ materialis non creatur, sed educitur, concedo ma. cui tantum uniat, nego ma. quod autem illud non fit universaliter verum, & quod illud non creetur, quod fit ex præexistente subjecto, ut ipsi tantum uniat, patet in anima rationali, quæ præsupponit corpus debitè dispositum & organizatum, & hoc tamen non obstante dicitur adhuc simpliciter creari, ex eo quod tantum in genere causæ materialis non accipiat esse à corpore.

Instatur: Illud quod dicit ex natura sua relationem ad subjectum, educitur de potentia ejus: sed accidens ex natura sua dicit relationem ad subjectum; quia petit ipsi inherere connaturaliter, ergo educitur de potentia ejus. R. dist. ma. Illud quod dicit ex natura sua relationem effectus ad subjectum, educitur de potentia ejus, concedo ma. quod ex natura sua dicit aliquam aliam relationem ad subjectum, nego ma. Itaq; accidentia supernaturalia non primam dicunt relationem ad subjectum; sed secundam, quæ vocatur relatio inharrentia, quod habet ex præcisa ratione accidentis, non in quantum tale accidens est. In quolibet enim accidente duo illi respectus reperiuntur & in naturalibus quidem est prior semper primus, scilicet effectus, quia hic immediatè resultat pro illo in instanti, quod dicitur productum ad efficiens, & hunc respectum non habet accidens supernaturale à materia, vel à subjecto, sed tantum illum quo dicitur postea unitum, vel inharrens.

Urgetur. Quod naturaliter dependet à subjecto in conservari & operari, educitur de potentia: sed accidentia naturaliter dependent in conservari & operari à subjecto, ergo educuntur de potentia subjecti: probatur mi. quia esset tantum miraculum, si accidentia manerent supernaturalia extra subjectum, quàm dum manent naturalia. R. dist. ma. Quod naturaliter dependet à subjecto in conservari & operari, si est quid substantiale, educitur de potentia subjecti; concedo ma. si fit aliqua forma accidentalis, nego ma. & concessâ mi. nego consequentiam. Disparitas itaq; ut quia forma substantialis ex ratione substantiæ habet esse independentem ab alio veluti à subjecto, quia ex conceptu substantiæ est ens per se stans; unde quando in conservari & operari dependet ab alio, aliunde non provenit, nisi quia ab eocausatur, ita ut ex dependentia in fieri conservari, & operari, benè colligatur, quod causatur ab alio & ab eo dependeat in genere causæ materialis: Forma verò accidentalis ob sui imperfectionem & debilitatem postulat ex natura sua ab alio sustentari, eiq; inharere: cum accidentis sit inesse; unde quod accidens, nec operari, nec conservari possit naturaliter independentè à subjecto, non sequitur educi de ejus potentia: quare autem forma substantialis non petat sic sustentari, & petat accidentalis, non est alia ratio à priori assignabilis, nisi quia hoc est hoc & illud est illud.

Dico 3. Accidentia supernaturalia, quæ à solo Deo non producuntur, educuntur de potentia subjecti. Probatur: Quia ad talia accidentia se extendat agens creatum in genere causæ efficientis

entis Physicæ, ergo talia educuntur de potentia subiecti: probatur consequentia: quia agens creatum non extendit se ad terminum creationis, ergo ad terminum educationis.

Dices: Actus charitatis elicitus à voluntate & gratia non educitur de potentia materię: sed auctus charitatis est accidens supernaturalis, quod à solo Deo non producit, ergo: quia ille auctus est supernaturalis sicut gratia, ergo si gratia non educitur de potentia materię, quia est supernaturalis, ita nec ille auctus. R. negando ma. ad probationem dico illum actum esse supernaturalem, non tamen ita sicut gratia: quia gratia ita est supernaturalis ordinis, ut non possit produci à creatura in genere causę efficientis, ille autem auctus efficienter à voluntate producit, & consequenter educitur de potentia eius ut non creatur.

QUÆSTIO VI.

An accidens spirituale possit subiectari in subiecto corporeo, & corporeum in subiecto spirituali.

Proresolutione quæstionis Notandum quod ly subiectari dupliciter intelligi, ut in priori quæstione in solutione ad unctionem argumentationis secundæ ad notavi: nam primo potest intelligi subiectari ita, ut idem sit quasi accidens ita in existere possit subiecto, ut etiam de potentia eius, seu eo in genere causę materialis concurrente produci possit, & taliter accidens spirituale nequit subiectari in subiecto corporeo quia ut dixi supra, subiectum nullo modo in genere causę materialis verè concurrat ad eius productionem & conservacionem; alio modo potest ly subiectari accipi, prout non significat talem concursum, sed accidentis simplicem unionem & subiectationem, seu in existentiam & sustentationem ad subiectum, & in hoc sensu controversatur, utrum accidens spirituale possit subiectari in subiecto corporeo, quod iterum dupliciter fieri & examinari potest: scilicet connaturaliter & de potentia absoluta. Circa quam materiam plures sunt sententię. Prima est communior Antiquorum, quam etiam sequuntur Maffrius & Bellutus, qui simpliciter negant, accidens spirituale posse recipi in subiecto corporeo, & contra: Secunda est plurimum Recentiorum, quam sequitur Pontius prior est diametro, contra quæ dicit non repugnare quò minus de potentia absoluta accidens corporeum possit subiectari in subiecto spirituali, & spirituale in subiecto corporeo. Tertia sententia est media, quam tuetur & amplectitur etiam Baro, qui dicit quòd aliqua accidentia spirituale possint quidem uniri subiecto corporeo, non tamen omnia. & illa quæ excipit dicit esse intellectiõnem & volitionem, qui dicit quòd simpliciter, nec de potentia absoluta possint in subiecto corporeo, verbi gratiã, ligno, vel lapide poni: de quo statim; sed interim

Dico I. Nullum accidens spirituale absolutum potest naturaliter esse in subiecto corporeo, nec corporeum in subiecto spirituali. Hęc est communis &

Probatur Conclusio quoad utramq; partem primo ex Scoti doctrina, 4. d. 12. q. 2. n. 8. ubi dicit albedinem non posse subiectari in Angelo. Quia connaturale est omnĩ accidenti spirituali esse inextensum, sicut omnĩ enti corporeo esse extensum, ergo accidens spirituale non potest subiectari in subiecto corporeo, nec corporeum in subiecto spirituali: probatur consequentia, quoad 1. p. Quia nulla est proportio entis extensĩ ad inextensum, ergo: & hinc patet eadem consequentia à paritate rationis.

Probatur Conclusio secundò, de accidente corporeo. Quia connaturaliter petit habere suas partes extensas, sed hoc non potest habere in subiecto spirituali, ergo: probatur minor, quia subiectum spirituale non est sic divisibile: probatur etiam de accidente spirituali. Quia non potest assignari aliqua causa, quæ illud naturaliter produceret & poneret in subiecto corporeo, ergo non est dicendum quòd connaturaliter spirituale possit subiectari incorporeo: probatur ant. quia si esset aliqua illa deberet esse vel causa creata secunda, vel causa in creata prima: neutra est, ergo: probatur mi. quoad secundam partem, quia Deus connaturaliter nihil producit, vel creat, nisi iuxta exigentiam causarum secundarum, sed causę secundæ corporeæ non exigunt productionem accidentis spiritualis, ergo: probatur mi. quoad primam partem. Illa causa creata, vel deberet illud accidens creare, vel in subiecto producere, sed creare non potest, nec etiam in subiecto producere, ergo: patet minor, quòd creare non possit: probatur etiam, quòd illud in subiecto nequeat producere, quia nulla causa etiam spiritualis potest accidens spirituale extra se producere, etgò.

Dices. Anima rationalis est spiritualis: sed anima rationalis potest connaturaliter absque aliquo miraculo recipi in subiecto corporeo, ergo etiam accidens. R. 1. Si in rationibus naturalibus sistatur difficile posse demonstrari aut probari quòd anima rationalis sit spiritualis, adeoq; nisi lumine supernaturali edocti essemus, teneri posset quòd esset corporea; quamvis non regem quòd efficaciter eius immortalitas demonstrari possit, quamvis non spiritualitas. R. 2. Negando consequentiam; quia nulla est, & paritatem, quia anima rationalis est in subiecto corporeo veluti actus informans, accidens autem in subiecto corporeo non sic esset, quia non constitueret unum per se cum illo, sed esset tantum per inhesionem, & tali modo implicat quòd subiecto corporeo inhaereat, quia alioquin esset totum in toto, & totum in qualibet parte subiecti sicut anima, & non pars in parte, quia cas non haberet: sed hos implicat, ergo: probatur mi. Quia implicat quòd aliquid dependeat totaliter à pluribus causis, sed hoc contingeret, ergo: probatur mi. Quia dependeret totaliter à toto subiecto, & dependeret etiam totaliter ab omnibus partibus subiecti, ergo.

Dico 2. Non implicat quo minus accidens absolutum spirituale de potentia absoluta Dei possit subiectari

III.

IV.

Potest tamen demonstrari.

Dd 3

subiectari

subjectari in subjecto corporeo, & accidens corporeum in subjecto spirituali, loquendo de subiectione in secunda acceptione ad initium prenotata. Hæc est contra plures Scotistas, in re est Pontii & plurimum Recentiorum, quamvis non sic ab eis proponatur; Baro sicut supra retuli, partim amplectitur, partim avertitur, gratis tamen: Unde

Probatur Conclusio primò:

Universaliter primo & communi principio. Deus potest omne facere quod non involvit implicantiã, vel imperfectionem, sed neutrum in voluit quid simile, ergò: major est arte, & universalissimè recepta: minor patebit ex solutione Instantiarum; consequentia est optima.

Probatur Conclusio secundò.

De accidente spirituali, ex quo sequitur etiam altera pars de accidente materiali: Quia accidenti spirituali hoc non repugnat ut sit in subjecto corporeo, ex eo, quòd spiritualis sit forma, nec ex eo quòd accidentalis, ergò dicendum id non implicare: probatur ant. quoad primam partem: si accidenti spirituali repugnaret ex eo, quòd sit forma spiritualis præcise, repugnaret etiam anima rationali: sed rationali non modo non repugnat, sed etiam ipsi connaturale est, ergò accidenti ad minus non repugnabit de potentia absoluta: probatur ant. etiam quoad alteram partem, quia multæ formæ accidentales ponuntur in subjecto corporeo, ergò.

V.

Probatur Conclusio tertio

specialiter contra Baronem. Potest Deus producere intellectionem & volitionem se solo absq; concursu potentie, sed talem intellectionem potest Deus conservare absq; omni subjecto, ergò multò magis & facilius ad aliquod subjectum, sive etiam sit materiale, ponere: probatur consequentia, quia magis connaturale est accidenti esse in aliquo subjecto, quàm in nulla: sed in nullo esse potest in hæc sive, ergò etiam in aliquo: major principalis proba probatur. Quia quicquid Deus potest facere cum causa secunda, potest se solo, sed cum causa secunda potest producere intellectionem, ergò etiam se solo. Sed contra primam partem

VI.

Dices. Si accidens spirituale posset subjectari in subjecto corporeo, posset visio beata poni in lapide: sed hoc est absurdum, ergò: maparet; quia non est major proportio inter illam & inter quodcumq; aliud accidens spirituale & subjectum corporeum: probatur minor ex Scoto in 4. d. 22. q. 2. n. 8. qui negat sapientiam posse poni in lapide & albedinem in angelo, quia alias lapidem de nominaret videntem Deum, & consequenter faceret eum beatum. R. 1. Si argumentum concluderet, pro-

baret etiam, quòd nec anima rationalis posset poni in corpore. R. 2. Negando mi. ad cuius probationem ex Scoto dico illum tantum velle quòd non posset uniri angelo albedo & lapidi sapientia, ita ut lapis nominaretur sapiens sapientia patente ab ipsa produci; nec albedo in angelo, ita ut albedo dependeret, vel educeretur de potentia angeli. Nec etiam sequitur quòd lapis statim debeat dici sapiens ex eo quòd habeat in se sapientiam subjectatam, quia tantum illud subjectum denominatur taliter, quòd est capax non modo recipiendi per unionem ex potentia obedientiali passiva, sed quòd habeat etiam potentiam in actu primo percipiendi sapientiam, quam potentiam, cum lapis non habeat, non redditur intelligens.

Arguitur Contra secundam partem: si ens spirituale posset subjectare accidens corporeum, posset quantitas subjectari in angelo, sed hoc esse & fieri nequit, ergò: probatur minor, quia quantitas necessario postulat partes extra partes, sed in angelo hoc non potest habere ergò. R. Concessa ma. negando mi. cuius probat. dist. postulat habere partes entitative extensas, concedo ma. impenetrabilitè, ita quòd una debeat habere subjectum vel locum distinctum à subjecto, vel loco alterius, de potentia absoluta, nego ma. imò defacto duæ quantitates sunt in eodem loco corporis Christi & specierum, unde effectus formalis divinitus à quantitate separabilis non est extendere partes sui subjecti, quia substantia materialis etiam quanta reduci potest ad punctum loci, & extensio entitativa competit ipsi de se, sine quantitate: unde effectus formalis quantitatis potius est communicare se subjecto per modum formæ aptæ natæ, quantum est de se reddere illi talem extensionem, casu quo non impediatur & subjectum habeat partes, quòd in casu non contingit, & tunc angelus potest denominari quantum id est affectus quantitate.

Instatur. Calor extensus nequit subjectari in puncto quantitatis, ergò nec in angelo. R. dist. ant. connaturaliter concedo ant. aliter nego ant. & dist. similiter consequens.

Urgetur. Si in angelo posset etiam divinitus subjectari calor, angelus posset calefieri: sed hoc est ridiculum, ergò. R. Similiter dist. sequelam ab agente creato, nego sequelam: quia agens creatum saltem materiale, non agit naturaliter nisi in subjectum extensum, ab in creato, nego sequelam. Et per hanc resolutionem plura alia argumenta solvi possunt.



VI

DISPU.

DISPUTATIO IV. DE QUANTITATE.

Descendo nunc ad examinanda prædicamenta, accidentia in specie, quæ numero supra dixi ex communi & recipienda sententia esse novem: primum eorum statuo quantitatem; tum quia id Philosophum, quem ordinariè reliquæ sequuntur Scholæ, fecisse deprehendo; tum quia statui supra, quantitatem esse primum & immediatum, licet non ultimum subjectum reliquorum accidentium in suo genere: unde iure præcedit etiam ante cætera examinari quamvis secundum entitativam perfectionem qualitas antecedere deberet: sed quem admodum priora perfectione, sunt posteriora generatione; ita etiam in eodem genere stando quæ sunt priora perfectione erunt posteriora tractatione unde sit

QUÆSTIO I.

Quid sit quantitas seu in quo consistat ratio eius formalis?

Notandum quòd in hac quæstione

sermo non fit futurus de ea quantitate quæ dicitur virtutis, secundum quam mensuratur cuiuslibet rei perfectio, ita ut quo minus, vel quo magis una res alià re dicitur perfectior, eò maiorem, minoremve dicitur habere perfectionem: hinc quia Deus optimus maximus summè perfectus est, inter omnia entia ens est maximum, seu maximè perfectum ut ait D. Bernardus lib. 2. de amore Dei cap. 10. *Cogitandus est Deus, sine qualitate bonus, sine quantitate magnus, sine situ præstans, sine habitu continens, omnia disponens*: hinc etiam divus August. 6. Trinit. 8. dixit: *In his quæ non mole magna sunt, hoc majus est quod perfectius est*. Quantitas molis est rebus solis corporeis competens, ratione cuius unum corpus, vel una res corporea excedit aliud magnitudine, seu extensione secundum unam, vel dices, vel tertiam deniq; dimensionem, nempe tam secundum latum, longum, quam etiam secundum profundum: sic Gigas excedit quantitate pigmeum. Et in hac acceptione Philosophus definit quantitatem in concreto .Met. cap. 7. sic: *Est divisibile in ea quæ insunt quorum unumq; vel unumquodq; eorum unum est quid & hoc aliquid aptum est esse*. Ubi per ly *Quid* intelligit Philosophus accidens, per quod distinguitur quantitas ab alio mixto, in quo secundum aliquam sententiam omnia quatuor elementa formalitèr continentur, cui mixto alioquin tota posset applicari definitio, seu potiùs descriptio: Dicitur *divisibile*, ut distinguitur quantitas ab accidentibus indivisibilibus & spiritualibus. Per *divisibilitatem* autem intelligenda est divisibilitas, quæ per agens naturale fieri & contingere possit, & quidem ratione sui in partes quæ insunt, ita ut omnibus aliis, quæ sunt divisibilia sic ratione hujus, seu quantitatis competat, per quod excluditur calor intensus ut &, quia si poneretur extra omne subjectum, quantum non posset dividi saltem ab agente corporeo, sed penetraretur à quocunq; corpore interposito: unde quòd possit nunc ita dividi, habet hoc à quantitate, quæ hoc habet à se, & ratione cuius hoc aliis competit, ut patet de Eucharistia, quæ est naturalitèr divisibilis ab agente corporeo, quantum est de se, quod notantèr dico, quia fortè per accidens contingere posset quantitatem non esse sic divisibilem, casu quo esset in

subjecto cuius partes non possent dividi, ut est de partibus cæli naturalitèr loquendo, quæ non sunt divisibiles, nec consequenter quantitas quæ in ipsis subjectatur. dicitur *in ea quæ insunt*, id est in partes ex quibus actualitèr componitur, ut denotetur, quòd hic agatur de quantitate in quantum est aliquod totum integrale, & non ut est totum potentiale: dicitur *quorum unumq;*, id est ex partibus dividendis, vel *unumquodq;*, id est quælibet etiam singillatim: *est unum quid*, id est, ens aliquod completum: & *hoc aliquid*, id est singulare & per se existens extra aliud, seu aliam partem integram eisdem totius, per quod hujus totius partes distinguuntur à partibus totius actualis Metaphysici, vel Physici; quia in illis alterutra pars inest alteri, vel per identitatem, ut in toto Metaphysico, vel per informationem ut in toto Physico; item etiam per hanc ultimam partem distinguitur à corpore mixto casu, quo in ipso essent quatuor elementa formalitèr, prout dixi, quod quædam teneat sententia; quia in qualibet parte illius mixti manerent adhuc quatuor elementa formalitèr. Et quamvis hæc explicatio fat congrua sit, contrahitur tamen in Scholis acerrimè, in quonam formalis ratio constitutiva quantitatis consistat? Circa quam materiam plures & diversæ sunt sententiar. Prima est quam insinuavit D. Thomas p. 1. q. 29. art. 1. & opusculo 12. Alberti Magni, quæ rationem formalem quantitatis constituit in mensura: Mensura autem de qua hic est sermo, non est in illa, in impropria acceptione pro eo, per quod cognoscimus gravitatem, seu potiùs perfectionem alicujus rei, sicut gravitas plumbi decem librarum mensurat mihi corpus, vel carnem ad decem libras. Et Deus utpote in perfectione sua infinitus, & in omni genere perfectissimus, quo magis aliquod ens creatum ad eum accedit, dicitur magis perfectum cæteris, ita ut sit mensura omnium. Et homo dicitur mensura omnium animantium, ex eo quòd colligatur, quòd illud animal, quò magis accedit ad hominem, sit eò perfectius, & eò imperfectius, quò magis ab eo recedit: quod etiam in omnibus aliis generibus observari potest, ita quòd hinc dicatur communiter in omni genere aliquod esse, quòd sit mensura cæterorum, quæ sub eodem continentur, sed ut dixi, de hac mensura hic non facit sermo, sed de mensura in propria acceptione, quæ est ratio per quam quantitas rei cognoscitur: sic se habet ulna apud panifices, quia applicando hanc deveniunt in cognitionem

gnitionem quantæ magnitudinis sit pannus, & sic de aliis. Et hæc est iterum duplex: alia enim est activa, alia passiva, saltem secundum diversos respectus. Activa est illa res, quæ aliquid mensuratur, seu per quam inquiritur & investigatur quantitas alicujus rei: sic ulna est mensura quæ inquiritur quantitas navis, domus &c. Mensura passiva, seu potius res mensurata dicenda, est ipsa res, cujus quantitas & magnitudo investigata & mensurata fuit, ut est ipsa domus navis lignum; dixi notantè, saltem secundum diversos respectus, quia ulna mensura est actu alio, qua inquiritur quantitas ligni 1. 2. ulnarum, & est iterum mensura passiva, quia ejus quantitas mensuratur & inquiritur iterum per palmum: unde illud quod est notius dicitur semper esse mensura actualis, & rei; minus nota dicitur mensura passiva, quia ut ipsum mensuratum. Mensura activa est triplex, alia est enim actualis, & est illa qua actualitèr aliquid mensuratur; alia est aptitudinalis, quæ aliquid potest mensurare; & tertia est radicalis, quæ est formalitas ad quam sequitur aptitudo ad mensurandum. Similitèr triplex est passiva, actualis, quæ mensuratur; aptitudinalis quæ mensurari potest; & radicalis, quæ est aptitudinis radix, seu formalitas ad quam sequitur aptitudo, ut aliquid possit mensurari. Sententiam Alberti sequuntur Soncinas, Javellus & alii. Secunda Sententia docet rationem formalem consistere in divisibilitate in partes constitutivas, & integrantes, ad differentiam rerum spiritualium, quæ penitus sunt indivisibiles. Hæc tribuitur tam D. Thomæ quam Scoto eamque mordacitèr defendit Capreolus de Flandria: & Tertia Sententia est Arriagæ, quam sequitur etiam Oviedo, qui dicit rationem formalem quantitatis consistere in eo, quod est reddere corpus impenetrabile naturalitèr, cum alio quocunq; ejusdem speciei tantum. Quarta Sententia asserit, rationem formalem quantitatis esse extendere partes substantiæ materialis; ita sentit Capreolus, teste Oviedo, Soncinas & Vasquez. Quinta Sententia docet, quod ratio formalis quantitatis consistat in extensione partium, seu in illo quod est principium habendi partes extra partes, ad quam extensionem sequitur connaturalis exigentia expellendi se mutuo, & quodlibet aliud, sive ejusdem, sive diversæ speciei à loco, quæ extensio dici potest radix impenetrabilitatis, vel impenetrationis naturalis. Hæc est Scoti 4. d. 10. q. 1. D. Thomæ 1. p. q. 14. art. 11. quos præter Scotistas & Thomistas sequuntur Recentiores sat communiter, ut Complutenses, Suarez, Hurtadus, Comptonius disp. 9. Met. Sect. 2. Et licet conveniant prædicti authores, quod non debeat esse actualis extensio, sed quod sit exigentia extensionis; controversant tamen, an debeat esse extensio in ordine ad locum, vel in ordine ad se? Quod, ut intelligatur notandum. Quod habere partes extensas in ordine ad se, est habere partes cum aliquo speciali ordine inter se unitas, sive sint omnes penetrative in eodem loco, sive non sint, ita ut una ex illis servato ordine immediatè uniatu alteri alicui determinatæ, & ista tertiæ, & sic deinceps, ut verbi gratiâ, ut caput immediatè uniatu collo, collum humeris, humeri pectori, &

pectus ventri, &c. prout est corpus Christi sub speciebus. Partes verò habere extensas in ordine ad locum est, quando partes totius occupant aliquem determinatum locum, ita ut una pars correspondeat uni parti loci, & locus etiam isti parti, & sic de aliis. Et quando sermo est de aptitudinali extensione, tunc sunt partes dicentes aptitudinem ad talem & talem locum. His præmissis & prænotatis

Dico I. Ratio formalis constitutiva quantitatis non constituit in aliqua ex enumeratis mensuris, hæc est contra Albertum magnum.

Probatur Conclusio primò Universalitèr. Quidquid præsupponit aliquid ante se in esse, non potest de ejus esse essentia, sed mensurari, vel mensurare seu activè, seu passivè, præsupponit quantitatem esse jam constitutam, ergò posse mensurari, vel mensurare, non erit ejus formalis ratio: patet major; quia nullum prius constituitur in esse per aliquid posteris: probatur etiam minor: quia præsupponitur jam quod quantitas sit extensa, ergò præsupponitur quantitas constituta: probatur aut. quia nihil sive activè, sive passivè, mensurare, vel mensurari potest, nisi quod est extensum, ergò præsupponitur quantitas jam extensa esse.

Probatur Conclusio secundò Specialitèr de singulis, & primò de mensura actuali. Quod quæ aliquid mensuretur est merè contingens, ergò quantitas non constituetur per mensuram actualem: probatur aut. quia abesse & adesse potest, sicut quodcumq; aliud accidens, & sicut ab esse potest quicumque actus, ergò: probatur consequentia; quia nihil constituitur per illud quod contingenter advenit, sed actualitèr mensurare, vel mensurari contingenter advenit, ergò per illam non constituetur in sua esse formali & quidditativo. Probatur etiam de aptitudinali; quia nullum absolutum potest constitui per aliquid relativum, ut dixi satis disp. præced. sed aptitudinalis mensura est quid relativum, ergò quantitas non poterit constitui per illam aptitudinem; quia hæc est absolutum accidens, & substantiam in subsistendo maximè imitans, & proximè sequens. Quod autem aptitudinalis mensura sit quid respectivum, patet etiam à paritate rationis: quia non videtur quare aptitudinalis inhaerentia dicatur esse respectus qualiscunq; demum, & non dicatur etiam respectus aptitudinalis mensura. Probatur deniq; de radicali, quia res quæ convenit essentialitèr uni, & est de essentia ejus, non potest alteri convenire, nec esse ejus essentia, sed radix mensurabilitatis potest alteri convenire quàm quantitati, ergò non potest esse ratio constitutiva substantiæ: probatur ma. Quia nihil magis proprium & intimum alicui, quàm sua essentia, quia per eam ab omni alio distinguitur in esse, ergò quod est de essentia unius, non potest convenire alteri, quia alioquin nullam haberent entitatè per quam specificè distinguerentur probatur etiam minor: quia convenit substantiæ, ergò potest alteri convenire: probatur aut. quia una substantia independentèr ab omni quantitate potest

est aliam mensurare, & ab eadem mensurari: nam habet tam bene radicem ad mensurandum quam quantitas, ergo: probatur ant. quia potest unus angelus per applicationem substantiae decem cubitorum devenire in cognitionem alterius substantiae plurium, vel pauciorum cubitorum, dixi angelum hoc posse, quia certum videtur quod a nobis pro hoc itatu fieri nequeat. Sed

Opponitur Authoritas tum D. Augustini cap. 10. Categ. dicentis: *Quantum verò sit in ventri non potest, nisi fuerit adhibita mensura collectum &c.* tum Aristotelis, qui frequenter asserit, rationem formalem quantitatis esse mensuram, ergo in mensura radicali ad minus, si non actuali, constituenda est ratio formalis quantitatis. Sed R. D. Augustinus tantum per praefatum textum & plura similia velle, quod ad extra applicanda sit mensura, ut nos deveniamus in cognitionem alicujus quanti; non verò quod quantitas intrinsecè constituitur per mensuram etiam quamcumq; ; eodem modo dico, locutum fuisse Aristotelem, dum dicit, illud quantum aut quantitativum esse quod est mensurabile aut mensurativum, eo quod nos defectò non possumus determinatè venire in cognitionem; nisi per extrinsecam applicationem mensurae, & quod substantiam nullam entitative extensam mensurare possumus separata quantitate, quia eam nequimus applicare localiter.

Dico 2. Nec ratio formalis constitutiva quantitatis consistit in divisibilitate. Hæc est contra secundam sententiam.

Probatur Conclusio sicuti prior. Quia quod convenit alteri, non potest esse ratio constitutiva alicujus: sed esse divisibile convenit substantiae tam bene, ac quantitati, ergo non potest esse ratio constitutiva quantitatis: probatur mi. Quia substantia capitis in homine potest conservari sine substantia manus, licet separetur ab eis quantitas, ergo divisibilitas tam bene convenit substantiae quam quantitati: Confirmatur; quia quantitatem esse, est prius quam esse divisibilem in partes. Sed

Opponitur etiam authoritas Aristotelis 5. Met. cap. 13. ut ipsum citat Mastrius qui definit quantitatem per divisibilitatem, nam supra dixit quantum esse divisibile in ea quæ insunt, sed per quod definitur aliquid per id etiam constituitur, ergo divisibilitas est ratio constitutiva quantitatis. R. dist. ma. definit quantitatem per divisibilitatem definitione proprie & rigorosè dicta, nego ma. definitione descriptivâ concedo ma. similiter dist. mi. definitio est explicativa essentiae, si sit proprie dicta concedo mi. definitio descriptiva, nego mi. & consequentiam. Itaq; ex Aristotele tantum ut ipsum etiam exponit Doctor 5. Met. 9. habetur, quod divisibilitas sit proprietas quantitatis, & tamen non quæcumq;, sed illa secundum quam aliquid est divisibile naturaliter in partes integrantes, per inter positionem aut applicationem corporis. Sed

F. Amandi Hermann Logica.

Instatur: Ipse Scotus 4. d. 12. q. 2. ait: qualitatem corpoream à quantitate separatam, non esse actu divisibilem, sed tantum potentia remotà, ergo per quantitatem fit talis proximè: probatur consequentia: quodcumque aliquid competit alteri, & aliquid in esse particulari & determinato constituit, illud sibi primò competit, & debet esse magistrale, sed qualitati competit dividi in plures partes per quantitatem, ergo quantitati per se primò competit, sed R. dist. antecedens: qualitas non est actu divisibilis à quantitate, separata à causa naturali corporeo, naturaliterq; agente, concedo ant. qualitas dividi nequit in partes integrantes ab agente super naturali, vel angelo, nego ant. Itaq; verum quidem est quod aliquid dividi non possit ab agente naturali, nisi mediante quantitate: quia nullum agens naturali agere & dividere potest, nisi mediante instrumento corporeo.

Dico 3. Ratio formalis quantitatis non consistit in eo quod est reddere corpus impenetrabile cum alio ejusdem speciei. Hæc est contra Ariagam, &c. Est tamen Scholasticorum communiter, & valde difficilè defenditur contrarium propter mysterium Nativitatis & Resurrectionis Domini.

Probatur Conclusio primò. Authoritate D. Augustini epist. 3. ubi sic ait: *Ipsa virtus Dei per inviolata Matris Virginea viscera membra infantis eduxit, quæ postea per clausa ostia membra invenit induxit,* ergo ratio quantitatis non consistit in impenetrabilitate: quia manente quantitate adhuc corpora fuerant penetrabilia: tum D. Bernardus serm. 4. *Cui poterit, inquit, asper aut durus videri (scilicet Christus) qui neque ipsi matri quidam quam asperitatis, quidquam intulit lesionis.*

Probatur Conclusio ratione: Quia major est in compatibilitas inter res diversæ speciei, quam inter res ejusdem speciei, ergo si quantitas expellit quodlibet aliud ejusdem speciei, multò magis debet expellere alia quæ sunt diversæ speciei; probatur ant. Major est diversitas, & in compatibilitas inter albedinem & nigredinem quam inter duas albedines, vel duas nigredines; item inter hominem & leonem, quam inter duos homines, vel inter duos leones, ergo est major incompatibilitas inter res diversæ speciei, quam inter res ejusdem speciei, & consequenter multò magis, vel ad minus æq; citò debet expellere unum alterum, & sic malè assignatur pro ratione formalis constitutiva quantitatis impenetrabilitas naturalis cum alio ejusdem speciei. Confirmatur; quia unus homo æq; petit expellere alium hominem ab eodem loco, quam lignum vel lapidem, ergo.

Dico 4. Ratio formalis quantitatis non consistit quoque in extensione partium, sive in ordine ad se, sive in ordine ad locum. Est etiam communior Scotistarum.

Et Probatur primò. Quia substantia habet extensionem partium tam in ordine

VI. Nec consistit in eo quod est reddere corpus in penetrabile cum alio ejusdem speciei.

VII. Nec in extensione.



dine ad se, quàm in ordine ad locum, ergò in tali extensione non consistit ratio formalis quantitatis; quia ex dictis per nihil constituitur potest in suo esse formali, quod convenit alteri: probatur ant. Et pono casum: si Deus separaret quantitatem à statua marmorea A, illa substantia statuae connaturaliter exigeret manum non esse immediatè unitum pedi, nec oculum auri &c. & ex eo ipso, quod sic exigeret manum non esse sic unitam pedi, etiam connaturaliter exigit, quòd manus in priori loco licet separatur quantitas, una pars respondeat uni parti loci, & altera alteri parti, ergò connaturaliter exigit non modò extensionem in ordine ad se, sed etiam in ordine ad locum: probatur ant. quoad secundam partem, scilicet eò ipso, quo illa substantia statuae extensionem entitativam etiam habeat extensionem localem. Illae partes substantiae non deberent se ipsas penetrare, nec etiam ad punctum loci statim confluere, ergò haberet extensionem quoad locum: probatur ant. tum quia non est assignabile punctum ad quod confluerent; tum quia Deus non teneretur illud determinare, vel causare talem confluxum, tum deniq; quia agens naturale non potest se, vel aliud quodcunq; movere ad locum distinctum, non transito medio, quia hoc naturaliter repugnat, ergò illa substantia à quantitate separata habet extensionem partium adhuc in ordine ad locum.

VIII. Dices 1. Hanc extensionem substantiae provenire insubstantia ab exigentia quantitatis, à qua formaliter constituitur una pars ejus extra aliam partem, tam in ordine ad se, quàm in ordine ad locum. Sed contra: Ideò exigit habere quantitatem, quia habet tales partes, unam extra aliam, ergò hoc non habet à quantitate: probatur ant. quia certum est quòd substantia quinque ulnaris statuae exigit majorem quantitatem, quàm substantia statuae palmaris, sed hujus alia ratio assignari non potest, nisi quia substantia quinque ulnaris habet plures partes extra se, quàm substantia palmaris, ergò substantia exigit ideò talem vel talem quantitatem, quia habet tales & tales partes.

Dices 2. Illas partes substantiae non esse extra se, nec unam partem correspondere uni loci parti, & alteram alteri, quia illa substantia tunc scilicet separata à quantitate, nec esset in loco, sed esset in numero tanquam aliquid ejus. Sed contra certum est, quòd illa substantia statuae marmorea A, quae in hoc instanti existit in hoc loco, si in altero instanti separaretur ejus quantitas, ita erit localitèr ibi, ut angelus possit eam intuitivè videre, ut distinctam ab aliis substantiis, & ab aliquibus multum distantem, ab aliis verò nullo modo distantem, similiter unam partem distare ab altera, & aliam contra ipsi immediatè uniri, sed haec sufficiunt, ut illa substantia dicatur esse in loco, ergò:

IX. Probatur Conclusio secundò.

Ex eo quòd substantia spiritualis caret partibus ejus connaturalis modus essendi in loco est simplex & indivisibilis, ita ut sit tota in toto, & tota in qualibet parte, sed substantia materialis etiam, ut à quantitate distincta & separata est opposita substantiae spirituali, ergò etiam ut

separata debet habere alium existendi modum, sed subfumo alium habere non potest nisi extensum & divisibilem, ergò substantia materialis etiam separata à quantitate habet extensionem tum in ordine ad se, tum in ordine ad locum. Confirmatur: Quia partes extensionis in qualitate per hoc distinguuntur à partibus intentionis seclusa omni quantitate, quòd illae petunt extensionem in subiecto, non istae, ergò.

Dices: Non repugnaret illis partibus se invicem penetrari, ergò illae partes non haberent modum existendi divisibilem. R. quòd quamvis non implicet illis partibus, quò minus una connaturaliter possit cum alia compenetrari, repugnat tamen naturaliter illis partibus, ut quaelibet sit tota in toto & tota in qualibet parte spatii divisibilis. Sed contra Conclusionem

Opponitur Autoritas Doctoris 2. d. 12. q. 2. D. ubi docet quòd materia separata à quantitate non maneret in loco, nisi definitivè & praesentialitèr sicut Angelus, ergò substantia materialis separata à quantitate non habet extensionem partium, nec in ordine ad se, nec in ordine ad locum: aliàs non esset tantum definitivè in loco, prout esse docet Scotus. Quòd confirmatur ex eodem: num 4. d. 10. q. 3. & quòd l. 10. H. dicit solam quantitatem esse solam rationem fundamentalem essendi in loco circumscriptivè & dimensionè. Sed R. & dico quòd Scotus per modum essendi in loco circumscriptivè intelligat impenetrabilitèr, qualis est circumscriptio, quam affert quantitas substantiae: unde dum dicit materiam separata à quantitate futuram in loco definitivè, per esse in loco definitivè aliud non vult, quàm esse tale, quòd excludit circumscriptionem impenetrabilem, non verò prout excludit divisibilitatem & extensionem praesentiae, & hoc erat necessarium, quia substantiae materiali ratione suae materialitatis repugnat ita in loco constitui, ut sit tota in toto, & tota in qualibet parte. Et per hoc respondeo etiam ad Confirmationem ab auctoritate ejusdem Doctoris, scilicet solam quantitatem esse fundamentum & rationem fundamentalem essendi in loco circumscriptivè, circumscriptio impenetrabili nempe, non verò circumscriptio divisibilitatis: quia hujus fundamentum est corporeitas, quae in substantia materiali quantitatem praecedat. Sed

Instatur: Ex eodem Doctoris 4. d. 10. q. 1. M. ubi dicit: quòd praesentia divisibilis & situalis sit modus ipsius quantitatis, ergò substantia non poterit esse sic divisibilis de se, quia ut ipse dixi, nihil constituitur per id, quòd alteri competit. R. dist. auctoritatis antecedens. Praesentia divisibilis & situalis est modus quantitatis cum repugnantia penetrationis partium rei situae ad invicem, concedo ant. & id Doctoris asserere: est modus quantitatis, si praesentia divisibilis fiat sine repugnantia penetrationis, nego ant. & consequentiam. Quia hanc posteriorem praesentiam dicit Doctor, quòd etiam conveniat substantiae materiali, prout contradistinguitur; sed ex ratione

Urgetur: In substantia materiali partes

tes integrales non possunt esse ex propria ratione divisibiles distinctæ & inconfusæ, nisi ab aliquo accidente, ergo substantia ex se non habet partes extra se, sive in ordine ad locum, sive ad se: probatur ant. illæ partes deberent uniri penes extremitates, sed has non possunt habere à se ipsis, ergo: probatur mi. Extremitates sunt indivisibilia, ut linea, superficies, & puncta; sed linea superficies & puncta non reperiuntur in substantia materiali separata quantitate, ergo substantia materialis separata quantitate non habebit illam divisibilitatem, & consequenter erit in loco circumscriptivè, sicut angelus, & non extensivè. R. dist. ant. nisi ab aliquo accidente absoluto, nego ant. nisi ab aliquo accidente respectivo, concedo ant. & nego consequentiam: & probationis minorem, cujus probationis ma. dist. Extremitates sunt indivisibilia, & punctum, linea, superficies, substantia, concedo ma. accidentalia, nego ma. & dist. mi. sed substantia separata à quantitate non habet lineam, superficiem, substantiales, nego; accidentales concedo mi. Itaq; si illa indivisibilia admittuntur in quantitate, etiam debent admitti in substantia: punctum enim quantitatis debet subjectari in puncto substantiali, & linea quantitatis in linea substantiali.

Arguitur probando quod non modo in aptitudinali extensione consistat ratio formalis quantitatis, quod præcedebat præcedens. Argutio, sed quod requiratur actualis extensio. Quantitas in suo esse formali debet per talem rationem constitui, per quam distinguitur à substantia; sed nisi consisteret in actuali extensione non distingueretur à substantia, ergo debet formaliter constitui per actualem extensionem: probatur mi. Quia tunc poterunt sub extensione quantitativa pedes hominis in eodem puncto indivisibili cum cæteris membris, sed hoc etiam competit substantiæ, ergo nisi in tali extensione actuali consistat, non erit per quod distinguitur à substantia: patet minor, quia substantia quæcumq; separata potest esse, vel reduci ad punctum: probatur ma. Quia in Eucharistia pedes Christi Domini sunt in eodem puncto cum aliis membris, ergo: R. negando mi. ad cujus probationem respondeo dist. ma. Poterunt in extensione quantitativa pedes hominis esse in eodem puncto cum aliis membris, ita quod habeant distantiam ad se, nego ma: ita quod habeant etiam distantiam in ordine ad locum, concedo ma. similiter distinguo mi. sed hoc competit substantiæ eodem modo quo quantitativè, nego mi. alio modo concedo. Itaq; licet possent membra humani corporis in puncto spatii penetrare, ut modo contingit in Eucharistia cum corpore Christi, in tali tamen casu pedes non solum sunt entitativè extra caput & alia membra in ordine ad se & ad rotum, sed etiam sunt distantes in ordine ad locum ab aliis membris in actu primo & aptitudine, quatenus suapte naturâ petunt loca distincta cum naturali repugnantia ad compenetrationem, quod non contingit de partibus substantiæ, adeoq; non est de formali ratione quantitatis, quod actualiter ponat partes substantiæ extra se invicem, sicut accidentis ratio non est actualiter inherere, sed tantum esse

F. Amanai Hermann Logica.

principium intrinsecum actualis inherentiæ exigitivum: unde sicut DEUS salvâ essentiâ accidentis potest illud conservare sive subiecto, sic illasâ naturâ quantitatis potest actualem extensionem ab ea auferre.

Instatur. Quantitas est forma & actus actualiter actuans, præbendo suum effectum formalem; sed effectus formalis quantitatis est extendere partes in ordine ad locum, ergo in actuali extensione ejus ratio consistit, & non in aptitudinali; sed R. distinguendo mi. est extendere rem in ordine ad locum actualiter, nego mi. aptitudinaliter concedo mi. Itaq; sicut qualibet alia forma actuando præbet suum effectum formalem subiecto, ita etiam quantitas, & cum esse principium exigitivum extensionis localis impenetrabilis talem effectum actu communicat subiecto, & illud denominat actu exigitivum talis extensionis; actualis autem extensio est effectus aliquis secundarius.

Urgetur. Illud verè & intrinsecè aliquid constituit, sine quo res, nec esse, nec concipi potest, sed quantitas, nec esse, nec concipi potest sine extensione actuali, ergo: probatur mi. Non potest esse quantitas sine figura recta, vel curva; sed figura nequit concipi, sine actuali extensione, nec sine ea esse, ergo nec quantitas. R. Negando mi. cujus probationis ma. dist. non potest esse quantitas sine figura intrinseca & quidditativa, concedo ma. sine figura extrinseca & situati, nego ma. similiter distinguo mi. figura nequit concipi sine actuali extensione intrinseca & quidditativa, nego mi. extrinseca & situati, concedo mi. & nego consequentiam. Itaq; quantitas bene potest esse sine figura posteriori, non priori, quod demonstrat ex Eucharistia in qua est corpus Christi sub speciebus, sine illa figura, quæ exigit extensionem situalem; quia est cum sola positione de genere quantitatis; accidentia verò e contra cum suo modo connaturali quantitativo, qualis est positio de genere situs.

Dico 5. Ratio formalis quantitativè est connatur alio & immediata exigentia extensionis impenetrabilis in ordine ad locum eundem, quæ exigentia potest vocari radix impenetrabilis, seu impenetratio. Hæc est ultimæ sententiæ & in Scholis communior, quam etiâ Baro conditionatè tenet, qui Apol. 5. Prædicant. Log. ait. 1. negat quantitatem esse distinctam à substantia, & consequenter dicit act. 2. nullam esse rationem aliam quantitatis constitutivam inquirendam, quod si tamen esset quantitas distincta à substantia, tunc dicit. n. 9. exigentia extensionis localis seu impenetrabilis esse rationem formalem, verum tamen gratis ita conditionatè rem hanc determinat, imò nimium inconsequentè ad priora negat quantitatem non esse distinctam à substantia: quia Apologia ante præd. seu prima de Prædicamentis asserit & hoc ex mente doctoris subtilis 5. Met. q. 6. ut ipsum in margine citat fol. 142. prædicamenta jam posita probabilissimè distingui realiter ab invicem, ita Apologia cit. & act. num. 6. interminis: sed inter prædicamenta jam posita prima sunt, substantia & quantitas, quomodo ergo consequenter loquitur,

XII.

Explicatur ratio formalis quantitativè.

Et 2

tur,

tur, quòd quantitas non sit distincta à substantia, cum antea dixerit omnia prædicamenta esse distincta realiter. Nec juvat, si Baro diceret, se in posteriori Apologia quodlibeticè disputare; nam is non censetur disputare sic, qui primò sententiam statuit aliquam, asserens eam esse de mente & in re. Docteri, in cujus verbum juravit; imò quem se defendere gloriatur, & postea conditionatè præposità positivè contrarià opinione concludi, prout facit Baro, qui plus nimio utitur libertatem audendo & dicendo ac si in his esset Liber Baro: sed ad rem progrediendo Probo conclusionem propositam primò tum ex refutatione aliarum sententiarum, tum ex eo, quia nulla alia facilius assignari potest.

Probatur secundò. Quandoquidem aliqua res non potest sufficenter demonstrari à priori, benè probatur & describitur ac definitur à posteriori, recurriendo nimirum ad effectum aliquem, qui non nisi ab illa re quæ definienda suscipitur oriri potest: sed videmus, quòd substantiæ materiales sint impenetrabiles, ergò videndum est, quòd nam sit illud principium? subsumo: sed substantia materialis ipsa non est de se tale principium, ergò recurrendum est ad aliud: probatur aut. quia licet substantia petat extensionem localem, de se tamen non petit impenetrationem: consequentia etiam patet, nempe ad aliud principium esse recurrendum, sed aliud non potest melius assignari, quàm quantitas: probatur mi. quia illud, vel esset materia, vel forma, vel qualitas, neutrum horum est, ergò: probatur mi. quia non est materia & forma, quandoquidem se invicem in composito penetrant; nec qualitas: quia qualitates quoque sunt ad se invicem & ad aliud penetrabiles.

Probatur tertio. Illud benè statuitur alicujus essentia, à quò omnes proprietates emanant, sed ab exigentia extensionis impenetrabilis omnes proprietates quantitatis emanant: probatur mi. quia ab illa exigentia emanat impenetratio, secundo divisibilitas, mensurabilitas tam activè, quàm passivè; quia ex eo quòd habeat partes extensas impenetrabiles potest una applicari alteri, ut mensuretur & mensuret.

XIII.

Arguitur I. In contrarium: ideo secundum meam sententiam benè explicatur quantitatis essentia per impenetrabilitatem; quia impenetrabilitas est propriè passio: sed hæc ratio non sufficit ad explicandam quantitatis essentiam per impenetrabilitatem; major esse mea debet: probatur mi. quia extensio actualis, vel aptitudinalis, divisibilitas & mensurabilitas sunt tam benè passiones quantitatis, quàm impenetrabilitas, ergò hæc ratio non sufficit ut potius explicetur per impenetrabilitatem, quàm per aliquam aliam ex recensitis, & consequentè malè statuitur pro ratione quantitatis exigentia impenetrabilitatis. Sed R. diff. ma. quia est propria passio quæcunque, nego ma. quia est propria passio prima & rationi formali constitutive immediatior & proximior, concedo ma. & distinctà sic mi. nego consequentiam: ad probationem mi. dico di-

stinguendo aut. sunt proprietates æq; proximæ, nego aut. remotiores, nego mi. & ob hanc rationem per impenetrabilitatis exigentiam potius explicatur ratio quantitatis, quàm per exigentiam aliarum. Sed

Instatur. Contra distinctionem ex data responsione. Ideo quantitas explicatur per impenetrabilitatem potius, quàm per alias quascunque passiones, quia est omnibus proximior, sed impenetrabilitati etiam est alia ratio proximior, ergò per ipsam potius debet explicari: probatur minor: ratio replendi & occupandi locum est prior quàm sit ratio expellendi aliud ab eodem loco, ergò impenetrabilitati est aliquid prius in quantitate: probatur aut. quia idè una quantitas expellit aliam, quia occupat jam hunc locum, ergò prius est occupare locum quam expellere aliud ab eodem propter impenetrabilitatem. R. concessa ma. negando mi. ad cujus probationem R. diff. ant. ratio replendi & occupandi locum est prior quàm sit ratio expellendi aliud in ratione generica, concedo: in ratione specifica, nego ant. & similiter disting. consequens: est aliqua ratio prior prioritate communioris, seu universalioris, concedo, prioritate specifica, nego consequentiam: probationem aut. distinguo etiam ideo expellit, quia replet & occupat locum quomodocunque, nego ant. quia replet & occupat impenetrabiliter concedo ant. & nego ab. solutè consequentiam. Itaq; occupare locum est quidem prius quam expellere, quia se habet ad modum generis, utpotè cum conveniat rebus tam quantitativis, quàm materialibus & spiritualibus; sed replere locum impenetrabiliter tantum competit quantitati, & aliis rebus ratione quantitatis, adeoq; repletio impenetrabiliter est ratio specifica quantitatis; quare cum explicatur alicujus rei natura, non debet explicare per prius quodcunque genericum, alias deberet etiam homo explicari per animal, quia animal est prius rationalitate; sicut quodcunque genericum dicitur esse prius suo specifico.

Urgetur. Ratio specifica nulli debet posse alteri competere, nec debet posse ab eo separari cujus est ratio specifica; sed impenetrabilitas potest tum competere alteri, tum ab ea separari, ergò: probatur mi. quoad r. p. quia substantiæ partes connaturaliter se expellunt ab eodem loco, ergò competit alteri: probatur aut. quia si separaretur quantitas à substantia, tunc partes illius exigerent naturaliter esse extra se invicem tam in ordine ad se, quàm in ordine ad locum, ergò: probatur etiam mi. principalis quoad alteram partem, quia quantitas corporis gloriosi est penetrabilis cum aliis corporibus quantis, ergò impenetrabilitas potest separari. R. negando mi. quoad utramque partem: cujus primæ probationis ant. diff. ratione sui, nego ant. ratione quantitatis concedo, ad probationem dico, illas partes substantiæ separatas à quantitate non petere naturaliter extensas in ordine ad locum, prout naturale opponitur violento, seu prout opponitur super, vel præter naturali, sicut motus circularis igni in sua sphaera competit; quamvis naturaliter petat moveri sursum: ad minoris quoad secundam part. prob. R. diff. etiam ant. Est penetrabilis

bilis naturaliter, nego; super naturaliter concedo ant. & nego consequentiam.

Replicatur. Impenetrabilitas est opposita penetrabilitati, ergo nec supernaturaliter poterit esse penetrabilis. R. dist. ant. Impenetrabilitas naturalis est opposita penetrabilitati naturali, concedo ant. impenetrabilitas naturalis est opposita penetrabilitati supernaturali, nego ant. & consequentiam, quod non est inconueniens, sicut nec inconueniens est quod corpus habeat inepititudinem naturalem ad essendum in multis locis, & habeat aptitudinem ad illa plura loca supernaturaliter.

XIV. **Oppugnatur Responsio:** Non est paritas de corpore & de quantitate impenetrabilitate, ergo: probatur ant. impenetrabilitas est proprietas quantitatis, ut ipse dixi, sed secundum me proprietates, nec supernaturaliter separari potest ab eo cuius est proprietas, ergo quantitas non poterit esse sine impenetrabilitate. R. negando ant. cuius probationis mi. distinguo: proprietates non potest separari etiam diuinitus ab eo, cuius est proprietates quantum ad actum primum, concedo mi. quantum ad actum secundum, nego mi. & consequentiam. Itaque quando Deus facit duo corpora quanta se inuicem penetrare non tollit proprietatem quantitatis in actu primo, sed tantum in actu secundo; seu non tollit impenetrabilitatem, sed impenetrationem: sicut si Deus tolleret omnem risum ab homine, non per hoc tolleretur risibilitas.

Dices. Deus per suam omnipotentiam non potest facere brutum esse non irrationale in actu secundo, ergo Deus nec poterit tollere actum secundum ab aliqua re. R. negando consequentiam. Quia quaecumque per negatiuam explicatur simpliciter, petunt utramque negationem, non uero positua ut sufficienter supra hanc difficultatem explicui agendo de substantia.

XV. **Pro Fine.** Questionis nota, quod quantitas sic commodè ex dictis explicari possit: Quod sit forma quaedam accidentalis absoluta, quae supervenit substantiae, quae de se alioquin erat capax extensionis localis sine repugnancia ad compenetrationem, eam facit esse exigivam extensionis impenetrabilis naturaliter. Ex quo patet, quod substantia non differat a quantitate per habere plures partes extensas, sed per habere tales partes, quae ex sua natura sunt incompatibiles.

QUESTIO II.

Utrum quantitas distinguatur a re quanta?

In hac quaestione litigium est inter Nominales & Reales: nam Divus Thomas 3. p. q. 77. a. 2. & Scotus 4. d. 12. q. 2. & in 2. q. 9. d. 9. quos non modò utriusque realis Scholae sectatores, verum etiam ferme omnes societatis Doctores teste Oviedo sequuntur, asserunt quantitatem esse accidens distinctum a substantia, seu a re quanta, quibus tamen subscribere non placuit Baroni, exigua in Magistrum

& Doctorem suum reverentia, cum tamen extranei autoritate eorum moveantur & trahantur, ut fateatur Oviedo contrav. 3. Met. punct. his formalibus: His subscribo tanto autoritatis utriusque Scholae pondere tractus, nullaque firma ratione pro sententia negante quantitatem super additam allectus. Et quamvis Baro dicat Magistrum suum fuisse problemativum, nihilque de terminasse, videtur mihi tamen hallucinari quasi verò nullus ante ipsum Commentator hanc animadvertisset indifferentiam eius. Imò dum Scotus pro & contra asserit, per quantitatem non intelligit impenetrabilitatis exigivam rationem, sed extensionem partium tam in ordine ad se, quam in ordine ad locum. Quod si Nominales vellent & ipse Baro, nulla tenus moverem contra eos lapidem, sed ultra acquiescerem; quòd per talem extensionem quantitas non distinguatur a substantia. Occham itaque 4. d. 4. quodlib. 4. q. 29. & in tract. de Eucharistia cap. 17. cum suis Nominalibus Aureolo, Capreolo, Gabriele, Arriaga, Barone tenet, quantitatem esse omnino indistinctam a substantia, sed materiam & omnes entitates corporeas tam substantiales quam accidentales per se ipsas exigere extensionem & impenetrationem. Et licet in hac materia olim fuerim post professores meos problematikus, nunc tamen ad quaestionem resolutivè.

Dico. Quantitas est accidens realiter distinctum a substantia. Ita Scholae realium & Recentiorum communiter.

II. Quantitas est realiter distincta a substantia.

Probatur Conclusio primò autoritate, & imprimis D. Augustini qui 5. Trinit. cap. 10. dicit: In his quae magnitudines participatione magna sunt, quibus est aliud esse, aliud magnas esse: sicut magnus mons & magna domus Aliud est magnitudo, aliud ea quae participatione magna sunt. Tum Scoti supra, tum Philosophi 1. Physicorum t. 17. Si substantia & quantum sunt duo sunt.

Probatur Conclusio primò. Supponendo in Eucharistia manere accidentia, & etiam quantitatem sine substantia Panis, ut declarat Concilium Trident. sess. 13. Ab eodem principio habent substantia & qualitates suam impenetrabilitatem, sed illud a quo sunt qualitates impenetrabiles est, realiter distinctum a substantia, ergo etiam realiter distinctum, a qualitatibus: probatur minor; quia in Eucharistia manent qualitates impenetrabiles extensa, adeoque manet principium impenetrabilitatis; sed ex majori idem est principium impenetrabilitatis in qualitatibus quod in substantia, & e contra: ergo si est realiter distinctum a qualitatibus, erit etiam realiter distinctum a substantia.

Probatur secundò: Ad hominem, vel quantitas aliquomodo distinguitur a substantia, vel non; posterius non dicunt Nominales: nam licet negent quantitatem esse realiter distinctam, asserunt tamen distinguui ex natura rei, seu per connotata; si primum, sequeretur in Eucharistia non esse veram transubstantiationem, sed hoc est contra fidem Catholicam; ergo: probatur sequela: Transubstantiatio

stantiatio est conversio totalis substantiæ in substantiam, sed talis conversio haberi non potest, ergo non esset transsubstantiatio: probatur mi. quia esset conversio substantiæ & accidentis, sed talis conversio esset transaccidentiatio, & non transsubstantiatio, ergo:

Probatur Conclusio tertiò.

In Eucharistiæ accidentibus debet esse aliquod subiectum commune qualitatatum, sed nullum potius quam quantitas, ergo erit quantitas distincta ab accidentibus qualitatatum, & etiam ab ipsa substantia: probatur mi. quia qualitates non possunt se invicem subiectare, ergo: probatur ant. quia non esset major ratio de una ac de altera.

Probatur Conclusio quartò.

Secundum Nominales omnes entitates habent sibi suam quantitatem realiter identificatam, ergo quando accidentia diversa eidem subiecto uniuntur, duæ quantitates se invicem naturaliter penetrant, & consequenter tot penetrationses erunt, quot erunt diversa accidentia, & etiam materia penetrabitur cum forma.

III.

Dices: Id non implicare, quòd duæ quantitates se invicem penetrent, maxime si sint diversæ speciei, non verò si sint ejusdem speciei: & hinc potest materia cum forma & omnibus suis accidentibus penetrari. **Sed Contra:** In qualitatibus intensis, quarum gradus sunt ejusdem rationis inter se penetrantur in eadem parte subiecti, ergo non modò qualitates diversæ, sed etiam ejusdem rationis se invicem penetrari possunt: probatur consequentia; quia etiam in his gradibus non distinguitur quantitas ab entitate graduum constitutiva. **Sed ad solutionem**

Instabis. Isti gradus sunt omnes diversæ speciei, atq; adeò se invicem penetrare possunt, **Sed Contra solutionem:** Omnes isti gradus sunt individui, ergo sunt ejusdem speciei: probatur conseq. omnia individua sunt ejusdem speciei, ergo etiam omnes isti gradus: ant. probavi jam supra sufficienter. **Contra 2.** Quandoquocq; aliquid componitur ex rebus diversarum specierum, est aliquod totum per accidens: sed si essent omnes illi gradus diversæ speciei, intensio, verbi gratià, albedinis, vel caloris, esset compositum per accidens, quod est absurdum, ergo:

Probatur Conclusio quintò.

Agens creatum non potest producere formam extra omne subiectum; sed in speciebus Eucharisticis nulla est qualitas quæ ibi non posset poni, vel destrui ab agente naturali, ergo ibi est aliquod commune subiectum omnium qualitatatum aliud non, quam quantitas: quia substantia ex fide ibi non est, ergo: ma. patet, quia alias creatura posset creare; nam creare aliud non est, quam aliquid producere ex nihilo sui & subiecti.

IV.

Dices: Hoc argumentum atq; vel magis me & Scotistas premit, quam Nominales. Nam agens naturale etiam remanente per me quantitate potest in hostiam consecratam introducere formam ignis, ubi tamen nulla præ-

supponitur materia, sed per me tantum cum producit: sed forma substantialis ignis est magis perfecta quam quæcunq; accidentalis, ergo poterit etiam absq; creatione producere & inducere formam accidentalem absq; eo quòd creet: vel dicendum quod in productione ignis etiam creet, quod tamen non admittet ullus Scotista. **R.** dist. ma. quoad illam partem, ubi non præsupponitur materia tempore aliquo præcedente, concedo ma. ubi non præcedit materia in aliquo instanti naturæ, nego ma. & consequentiam concessã mi. Itaq; in tali casu ut cum Scoto 4. d. 12. q. 6. n. 12. tenent Scotistæ, Deus tanquam causa prima supplet defectum causæ secundæ, dum ab agente naturali ponitur dispositio prævia, naturaliter exigens formam substantialem, prius saltem naturã producit materiam, & fat probabiliter etiam ipsam formam & totum compositum. **Sed**

Instabis. Si Scoto & Scotistis licet philosophari, & dicere Deum supplere subiecti defectum in productione formæ substantialis, & in productione ipsiusmet formæ, licebit quoque Nominalibus similiter philosophari, & consequenter dicere poterunt Deum simul naturã cum qualitate, vel in aliquo priori producere subiectum qualitatis, vel totaliter ipsam qualitatem, & consequenter non creabit agens naturale in productione aliquarum formarum accidentalium: sed revera nihil urget replica; quia inde sequeretur, quòd quando quæcunq; minima alteratio fieret in Eucharistia quòd statim produceretur nova materia, vel nova substantia, adeoque deberet statim desinere esse ibi corpus Christi; vel saltem fieri novum miraculum: quòd duæ substantiæ quantæ sint simul in eodem loco. Deinde non est necesse recurrere ad productionem novi subiecti, quoties producit nova qualitas in Eucharistia in sententia mea, quia ibi manet quantitas, bene tamen quando producit forma substantialis: nam secundum fidem nullum subiectum præfuit in Eucharistia, quod posset sustentare formam substantialem, sicut præest subiectum qualitatatum: unde non est peritas, adeoque nullum pondus quòd me, vel quemcunq; Scotistam, vel aliquid premeret. **Sed contra Conclusionem**

Arguitur directè. Omne illud, propter quod ponitur quantitas à substantia distincta possunt supplere respectus & relationes, ergo frustra assignatur & ponitur distincta: probatur ant. Quia ideò ponitur quantitas à substantia & qualitatibus distincta, ut eas reddat impenetrabiles; sed hoc supplere potest respectus distantæ, situs & unionis partium, ergo omne illud supplere possunt respectus; propter quod ponitur quantitas distincta à substantia. **Sed** **R.** negando ant. cum probationis min. Quia tales respectus nullo modo sufficiunt: nam similes etiam reperiuntur in substantia separata à quantitate, qui tamen non reddunt partes ejus impenetrabiles, adeoque ponenda est aliqua forma positiva absoluta.

Instatur. Non sunt multiplicanda entia sine necessitate, sed nulla est necessitas multiplicandi, vel ponendi aliquam formam absolu-

tam distinctam à substantia, per quam reddi-
tur impenetrabilis, ergò. & dist. ma. non sunt
multiplicanda entia sine necessitate simplici-
tèr: concedo ma. secundum quid, nego ma. &
minorem. Necessitas autem manifesta est ipsa
ocularis experientia, quâ videmus hostias con-
secratas esse extensas & impenetrabiles, ex
quo clarè & persèctè deducitur, quòd etiam
ibi sit radix, seu forma illa propter quam sunt
extensa, & sic impenetrabiles.

Urgetur. In Eucharistia est miraculum,
per quod fit, ut una hostia maneat extensa tam
bene, ac altera, & ut se penetrare non possunt,
ergò non est signum, vel fundamentum suffi-
ciens dicendi, quòd hoc proveniat ab aliqua
forma absoluta ibi remanente. Sed & negando
ant. & retorqueo argumentum contra Nomina-
les: secundum vos non debent multiplicari
entia sine necessitate, ergò nec debent multi-
plicari miracula absq; necessitate: sed nulla est
necessitas multiplicandi miracula, quia pos-
sunt recurrere ad causas naturales, ergò. Et
hæc responsio tantam vim habet ac ipsa Nomina-
lium, & consequenter si nullum aliud funda-
mentum assignare possunt, non subsistunt.

QUÆSTIO III.

De speciebus quantitatis.

Quaestio hæc apud Doctores proce-
dit de speciebus quantitatis, ut est speciale ac-
cidens distinctum tum à substantia, tum à reli-
quis omnibus accidentibus existentibus, non
verò de possibilibus, aut talibus quæ substantiis
identificarentur: nam tot alioquin assignari
deberent species, quot esse possunt species rerum
materialium possibiles. Itaq; Aristoteles
in hoc capite divisit quantitatem primâ sui di-
visione in continuam & directam; continuam in
permanentem & successivam; continuam in lineam
superficiem & corpus; discretam verò in numerum
& orationem, successivam in motum & tempus.
Quantitas continua ex ipso Philosopho est, cu-
jus partes copulantur termino communi, ut
quantitas ligni ulnaris, aquæ urnalis, quarum
partes omnes verâ unione reali Physicâ inter se
uniuntur: Discreta è contra est cujus partes non
copulantur termino aliquo communi, nec
uniuntur inter se verâ aliqua unione, ut nume-
rus ternarius trium hominum, qui numerus, pro-
ut ad propositum nostrum deseruit, duplex est:
unus dicitur transcendentalis & est ille, prout
communiter Authores volunt, qui coalescit ex
rebus non quantitativis & materialibus, ut nume-
rus trium angelorum, trium animatum &c.
diciturq; vulgo transcendentalis, quia non de-
terminat sibi certum prædicamentum sed vaga-
tur per res omnium prædicamentorum, ut sub-
stantiæ, qualitatis & relationum: Alius est nu-
merus prædicamentalis, & est ille, qui constat
ex rebus tantummodo quantitativis, ut nume-
rus trium hominum, trium lapidum &c. Per-
manens est cujus partes possunt simul existere,
ut quantitas unius ligni bipalmaris: successiva
verò est cujus partes non possunt simul existere,
sed ex sua natura exigunt, ut una succedat
alteri ut tempus, motus, de quibus quid sint, agam

in Physica. Linea est quantitas unius dimensio-
nis tantum, scilicet longa, cujus partes copulan-
tur punctis; unde dicitur longitudo sine lati-
tudine & profunditate. Superficies est quanti-
tas binæ dimensionis, scilicet longa & lata, cu-
jus partes copulantur linea. Corpus denique
dicitur quantitas trinæ dimensionis, scilicet
longa, lata, & profunda, quod corpus mathe-
maticum dici & vocari solet, ut & ipse D. Au-
gustinus ad notavit cap. 10. Cate. dum dixit:
Quod tamen (scilicet corpus) non ita accipimus,
quemadmodum solemus accipere naturale nempe
corpus nunc. Quod in quaestione hac queritur
est, quanam ex enumeratis sint veræ species
quantitatis ut sic, ponibiles in hoc prædica-
mento? Circa quam materiam mira est Au-
thorum & sententiarum diversitas: nam aliqui
asserunt omnes enumeratas esse veras species
quantitatis; alii verò è contra nullam præter
solum corpus, ut sentire videtur noster Baro.
Communis sententia asserit, lineam, superfi-
ciem, & corpus, veras esse species quantitatis, &
hanc tenent Scotistæ communiter & Recen-
tiores, ut Maffrius, Comptonius, Oviedo &c.
Hanc sententiam etiam sequuntur Can. So-
to, Toletus, Flandriæ, Villalpandus; sed ad-
dunt, locum etiam esse veram speciem quanti-
tatis, Tartaretus verò Major. Zerb. Bassolus
faber addunt insuper motum & tempus, alii
orationem. Doctor subtilis in hac materia est
totus problematicus, unde ejus autoritate sal-
vâ, quidcunq; aliquis voluerit amplecti licebit.

Dico I. Accipiendo quantitatem univocè in
eo rigore, quo eam defini nullas habet sub se species,
quæ propriè & directè in prædicamento collocari
possunt præter corpus. Hæc non habet patronum
præter Authorem, sic eam proponentem viam
monstrante ad eam Barone.

II.
Quantitas
nullas habet
species.

Probat tamen primò. Nihil
dicendum est species alicujus, quod non habet
& convenit cum superiori in ratione generica,
sed nulla alia potest cum quantitate in ratione
generica convenire præter solam corpus, ergò
solum corpus erit vera species quantitatis in eo
rigore: probatur ma. quia nihil potest dici ani-
mal nisi rationem animalis, scilicet viventis &
sensitivi participet, nec aliquid dicitur homo
nisi habeat animalitatem & rationalitatem, er-
gò nihil dicendum est species alicujus nisi con-
veniat cum superiori in ratione superioris;
probatur minor: Si essent aliqua, quæ sic ra-
tionem communem participarent, maxime es-
sent, vel numerus, tempus, & motus, vel linea &
superficies, sed hæc non sunt, ergò: ma. est cer-
ta; probatur mi. nam in primis non est nume-
rus, quia est unum per accidens: ut autem dire-
ctè ponatur in prædicamento debet esse per se,
ergò, nec est motus & tempus, quia ista pro for-
mali dicunt relationem, nihil autem relativi
potest esse species alicujus absoluti, quia nul-
lum relativum est alicujus absoluti constituti-
vum: probatur denique, quòd nec linea, nec
superficies, de quibus tantum in communi sen-
tentia est difficultas, quia ratio quantitatis pro-
ut eam definit, est exigentia extensionis localis
impenetrabilis, sed linea & superficies non exi-
gunt extensionem localem impenetrabilem,
ergò

ergò non participant rationem communem quantitatis definitæ, & consequenter non possunt esse veræ species quantitatis præter solum corpus, quod sic rationem quantitatis participat: probatur minor, quia quando applicantur duæ lineæ supra se invicem, vel duæ superficies in aliquo plano, illæ duæ lineæ se invicem penetrant, seu sunt secundum indivisibilia in eodem loco, ergò se invicem penetrant.

III. **Dices.** Lineam & superficiem non se invicem penetrare, sed potius esse in eodem loco: adeoq; veræ erunt species quantitatis: sed Contra Ratio quantitatis est exigere ex natura suâ, non posse esse cum alio in eodem loco, sed necessario ab eodem loco aliud pellere, sed hoc est esse impenetrabile, ergò si species & lineæ verè sunt in eodem loco, verè se penetrant; aut si requiris ad penetrationem unius in aliud ingressionem, jam hoc ipso concedis, solum corpus sic posse non penetrari: quia connaturaliter nullum aliud ingredi potest, ut cum eodem eundem habeat locum, & sic ipsum erit tantum species quantitatis. Imò si quis super tabulam applicet, idque per tabulam suppositam trahat: tunc lineæ superpositæ manus, vel tabulæ ingredientur lineas tabulæ inferioris, & consequenter se invicem penetrabunt.

Dices. Lineam & corpus se invicem penetrare secundum eam rationem, secundum quam sunt indivisibiles, non verò secundum rationem, secundum quam sunt divisibiles, sed Contra primò Ratio specifica & constitutiva quantitatis est ut de se undequaq; sit impenetrabilis; ergò quæcunq; non participant hanc rationem communem, non poterunt dici quod sint species quantitatis. Contra secundò: si quis acciperet lineam bipalmarem, & illam lineam complicaret, efficeretur tantum longitudo palmaris, tunc eadem se linea penetraret secundum rationem, secundum quam esset divisibilis, ergò secundum rationem quâ quanta est, ergò non erit vera species quantitatis; quia penetraretur: probatur ant. quia linea est divisibilis secundum longitudinem, ergò.

IV. **Probatur Conclusio secundò:** Omne illud quod directè ponitur in aliquo prædicamento, debet esse quid completum, non ordinatum ad compositionem alterius: sed linea & superficies non sunt completa & ordinarentur ad aliud, ergò non possunt directè poni in prædicamento, & consequenter non erunt quantitatis species: probatur hæc consequentia: quia quæ in prædicamento directè ponuntur debent esse genera, vel species, vel individua, sed genera non sunt, nec individua, ergò nec species: probatur minor principalis; quia linea ordinatur ad compositionem superficiæ & superficiæ in ordine ad corpus, ergò. Confirmatur; quia si linea & superficies constituerent & essent species quantitatis, eadem ratione posset esse punctum, sed hoc est inconveniens: probatur sequela, quia punctum tam benè concurrat ad compositionem lineæ, quam linea ad compositionem corporis, ergò si linea, non obstante quòd sit incompleta, & pars corporis, potest esse species quantitatis, poterit etiam esse punctum.

Dices: Magnam esse disparitatem, quia punctum nullo modo participat rationem quantitatis, benè tamen linea & superficies, ergò: probatur; quia linea & superficies, licet non secundum omnem rationem, saltem secundum aliquam participant, sed Contra qualibet species debet totaliter participare rationem generis, ergò si non totaliter participant, non erunt veræ species. Contra secundò: hinc sequeretur quòd substantia participet rationem quantitatis, & sit ejus species sed &c. probatur sequela; quia substantia secundum aliquam rationem participat quantitatem: quia petit extensionem partium in ordine ad se & in ordine ad locum, potest commensurari, & dividi, quæ etiam conveniunt & sunt propria quantitati, ergò si sufficit, ut dicitur aliqua species quòd participet secundum aliquam rationem generis, etiam substantia poterit dici species quantitatis, Contra tertio. Hinc posset dici, quòd planta sit species animalis; quia secundum aliquam rationem participat rationem ejus.

Probatur Conclusio tertio.

Si linea & superficies essent species quantitatis, sequeretur quòd nec corpus, prout de eo hic agitur, posset poni directè in prædicamento, sed hoc, supposito, vel dato, tolleretur tota ratio prædicamenti hujus, quod est inconveniens, ergò linea & superficies non sunt species quantitatis: probatur sequela: ut aliquid ponatur directè in prædicamento, debet esse ens per se, sed quantitas non est ens per se, ergò non posset poni in prædicamento: probatur mi. Illud non est ens per se, quod componitur ex rebus diversorum prædicamentorum, vel etiam ex rebus ejusdem prædicamenti, quarum utraque, vel una saltem sit completa, sed quantitas est ens compositum ex duabus aliis speciebus completis, ergò non posset poni directè in prædicamento, vel dicendum erit non esse completas: si sic, tunc etiam non erit linea & superficies species directè in hoc prædicamento collocabilis.

Opponitur contra Conclusionem auctoritas tum Scoti, tum Aristotelis hinc, qui differtè asserunt, lineam superficiem & corpus esse veras species, ergò directè est conclusio contra Scotum & Aristotelem; R. tam Scotum quam Aristotelem in hac materia fuisse problematicos, quod patet ex eo, quia modò plures, modò pauciores, jam has, nunc illas, assignarunt species, & ideo sicut Communis sententia dicit, & Scotisla simul quod dum dicit Scotus & Aristoteles numerum, tempus, vel motum esse species quantitatis, eos fuisse locutos famosè & ex sententia aliorum ad accommodationem vulgi, & meliorem intelligentiam: ita ego pariter dico, dum dixerunt superficiem & lineam esse species, hoc asseruisse famosè & non ex sententia propriaque mente, sed ex aliorum voluntate.

Instatur. Id non posse dici, ergò gratis hoc asseritur pro responso: probatur ant. Quia tam Scotus, quam Philosophus quantitatem constituunt pro supremo genere, sed si non haberet plures species, & plura genera non posset

fit dici supremum genus, ergo debet aliquas habere species, nullas potius quam lineam, superficiem & corpus, ergo linea & superficies erunt verae species, etiam ex mente Doctoris & Philosophi. R. negando ant. ad cuius probationem dico, quod si ad supremum genus requiritur, quod sint plures species, etiam requiritur, quod sint plura genera; ergo debent plura assignari, quae habeant rationem quantitatis praeter species allegatas. Deinde R. negando mi. probationis absolute, quia id gratis requiritur, quia non dicuntur genera suprema ex eo, quod plura sub se habeant, sed ex eo quod nullum supra se habeat in eodem genere, vel in eodem predicamento: quia in ratione generis supremi non constituitur in ordine ad inferiora, sed per negationem ulterioris generis.

Urgetur. Nullum genus potest salvari in unica specie, ergo necessario requiruntur plures: quia, si solum corpus esset species quantitatis, unicam tantum haberet speciem R. dist. ant. genus praedicabile, concedo ant. genus praedicamentale, nego ant. Itaque genus praedicabile consideratur secundum praedicabilitatem de pluribus specie differentibus, & consequenter, vel actu, vel potentia plures species sunt necessariae, genus vero praedicamentale consideratur tantum secundum naturas rerum, ipsasmet in se, unde si aliquod genus plures habet species, bene praedicabitur de ipsis; si minus, parum refert, quia id non requiritur fundamentum huius & superioris responsionis; quare in Scoto I. d. 18. q. 3. n. 19. sed ut praeteritum rigorem temperem

VIII. Dico 2. Sumendo quantitatem sine omnimodo rigore conditionum reponibilem in predicamento & in vulgariori ac laxiori acceptione, per quamdam analogiam, ad veram quantitatem, congrue dividitur quantitas ut sic, in continuam & discretam, haec in numerum & orationem, continua in permanentem & successivam, successiva in tempus & motum, permanentem in superficiem, lineam & corpus ac locum, & ista iterum in sua inferiora veluti in individua. Hanc etiam sic propositam nullibi reperi, estque conjunctim pariter firmo destituta patrocinio, aequaeque ac prior, divisim tamen plures habet Patronos & fautores. Ipsumque Aristotelem & Scotum, Philosophum quidem s. Met. I. 13. ubi enumerat quantitatis continue species, lineam, superficiem & corpus, & cap. de quant. addit locum; successiva vero tempus & motum, discreta vero ponit species, numerum & orationem. Doctor vero I. Met. cap. 9. expresse hoc tenet de linea, superficie & corpore, in reliquis vero, ut antea dixi, problematicus fuit, nam I. d. 22. q. un. de similibus dicit: *Quod horum verum sit, alias videbitur.* Ad hanc Conclusionem sic proponendam signanter me movit autoritas Magni divi Augustini, quem, quia ob amplitudinem penetrandorum & intellectuum, in pravum nolui trahere consensum, quasi ex mente aliorum & non sua locutus fuisset, ideo cum sub hac propositone causae meae Procuratorem constitui, unde etiam Conclusionem probo, autoritate ejusdem S. Patris. Et in primis quod quantitas dividatur

F. Amandi Hermann Logica.

in continuam & discretam, expresse habet cap. 10. Categ. dicens: *Ipsius autem quanti, aliud est cohaerens, aliud separatum. Cohaerens est gramme, ephiphania, corpus, locus & tempus; ubi per cohaerens intelligit S. Pater continuam, per separatum discretam, per gramme lineam, quam dicit esse, si quis omisisset latitudinem solam longitudinem voluerit metiri; Per Epiphaniam intelligitur superficies, de qua S. Doctor sic ait: *Emensa vero cum longitudine latitudo, Epiphania dicitur; de corpore vero dicit, eam esse dimensionem, si ultra longitudinem & latitudinem altitudo fuerit sociata; per altitudinem quid vero intelligat? explicat serm. 7. de verbis Apolog. cap. 2. *Altitudo (dicens) in lingua latina utrumque significat. Et quod sursum versus est, altitudinis nomen habet & quod in profundum altum est, altitudinis nomen habet.* De quantitate discreta, eodem capite, haec habet: *separata vero sunt (id est quanta) numerus & oratio; quis enim non advertat propriis terminis unum separatum esse a duobus, duos a tribus? Et in oratione singulae syllabae separatae sunt; natura enim & numero segregantur, cum alteram brevem, & alteram longam, & unam vel duas dicimus. Nimirum apparet, haec quae diximus & ad quantum pertinere & separata oportere nominari. Quae autoritates clarae sunt & nihil redolent, unde interpretari possent in D. Aurelium tenere ex mente aliorum, cum & ingenio & gratis insuper ultra modum excesserit & superaverit Philosophos quoscumque Gentiles, maxime cum ultra hoc mentem suam aperiat & asserat, etiam numerum animarum ad praedicamentum hoc reducendum lib. 6. Mus. cap. 17. & lib. de quant. ani. cap. 32. sic loquens; *De numero animarum nescio quid tibi respondeam? citius enim dixerim, non esse omnino querendum, quam vel numerum, vel multitudinem non pertinere ad quantitatem.****

Probatur Conclusio ratione.

Primò, Generaliter, si omnes praedictae species secundum rigorem quantitatis, reponibilemque in predicamento non sunt verae species, ergo erunt saltem tales in laxiori & vulgariori acceptione, cum omnes verè denominentur quanta.

Probatur specialiter prima pars, de quantitate continua, & discreta primò. Illae sunt verè, species alicujus generis, de quibus genus in quid praedicari, potest tanquam de specie differentibus, quantitas praedicatur sic de continua & discreta; ergo erunt verè species: probatur mi. quia si quæram de quolibet eorum se junctim quid sit? respondebitur mihi, quod sit quantitas, ergo.

Probatur secundò. Illae verè species alicujus generis, quae illius rationem genericam in se includunt & eam per varias differentias contrahunt, sed quantitas continua & discreta sunt tales, ergo: probatur mi. Ratio quantitatis est, habere partes extensivas, cum impenetrabilitatis exigentia, sed quantitas continua & discreta hoc habent; ergo includunt verè rationem communem genericam quantitatis: probatur mi. quia quantitas discreta est verè divisibilis & impenetrabilis, cum alio quocumque, sive ejusdem, sive diversae speciei; probatur etiam, quod hanc rationem per

diversas differentias contrahant, quia continua habet continuam partium extensionem; discreta verò discretam; continua est divisibilis in partes, quas actu in se continet, discreta est divisibilis in partes discretas, sed istæ sunt veræ differentia, ergò: probatur mi. quia in singulis variant rationem genericam quantitatis, sed quæ sic variant rationem genericam, sunt veræ differentia, ergò & illa.

X. **Dices:** Ratio quantitatis, vel ad minimum ejus proprietas est, quòd possit dividi, sed quantitas discretas, seu numerus est actu divisus, ergò non participant rationem quantitatis. R. negando mi. quia numerus ternarius dividi potest in tres unitates, & licet ejus partes sint separatæ materialitèr, scilicet secundum ipsas res, non sunt tamen divisæ in esse formali, numeri, verbi gratià, ternarii & hinc numerus ternarius non est divisus, sed est divisibilis.

Dices 2. Numerus ternarius ille pro formali debet subjectari in aliquo ex tribus illis entitatibus, sed hoc non potest fieri, ergò: probatur mi. quia non in omnibus, utpotè cum nullum accidens subjectetur in diversis subjectis, nec in aliquâ singularitèr, quia illa entitas singularis non est ternaria. R. dist. ant. non potest in ipsis subjectari inhæsitivè transeat denominativè, nego ant. & consequentiam, undè numerus ternarius denominativè est in omnibus illis tribus entitatibus.

XI. **Probatur eadem pars Conclusionis** secundò. Numerus trium hominum, vel trium lapidum est vera realis entitas, ergò debet spectare ad aliquod prædicamentum, sed ad nullum aliud quàm quantitatem; ergò, si spectat ad quantitatem, erit vera ejus species: probatur subsumptum: omnia composita ex altero ejusdem prædicamenti, spectant ad idem prædicamentum, sed numerus trium hominum est rebus prædicamenti quantitatis; ergò spectabit ad hoc prædicamentum: probatur major, omnes partes singularitèr positæ sunt in prædicamento substantiæ, sed si componantur confusione, non desinunt esse in prædicamento substantiæ, ergò composita ex rebus ejusdem prædicamenti, ad idem prædicamentum spectant.

XII. **Dices:** Partes aquæ licet concurrant ad compositionem totius aquæ, concurrunt tamen ad componendum aliquod totum per se, non sic autem duo homines, vel duo lapides quanti. Sed Contra: Idea duæ aquæ componunt unum per se; ergò etiam duo homines unum numerum per se, nam est eadem ratio; utpotè cum qualibet aqua sit æq; completa, ac quilibet homo, aut si duo homines faciunt unum per accidens formalitèr, etiam faciunt duæ aquæ: & sic nec duæ aquæ confusæ possent poni in prædicamento, licet poterant ante confusionem. Ex hinc

XIII. **Probatur Conclusio, quoad eandem partem** tertio. Si esset aliqua ratio, esset maximè, quia numerus trium hominum, vel trium lapidum esset compositum per accidens, sed hæc ratio nulla est, ergò: probatur mi. Illud est compositum per accidens, quorum neutrum se habet per modum actus & potentia;

sed hoc hic non contingit, ergò: probatur mi. quia numerus prior, verbi gratià, binarius est, se habens per modum potentia & ternarius quicumq; sequens habet se per modum actus, ergò hoc hic non contingit, ut neutrum sit, quorum unum se habeat per modum actus & alterum per modum potentia.

Dices: Omnes numeri sunt specie distincti; ergò unus non potest se habere per modum actus & potentia: probatur consequentia: quia nulla species una potest contineri in aliâ, ergò nulla potest habere rationem potentia. R. 1. negando consequentiam, cujus probationis ant. dist. non potest contineri; in aliâ materialitèr nego, formalitèr concedo. Itaque numerus minor non continetur in majori pro formali, sed tantum pro materiali, in quantum habet tales unitates in numero; unde dixit Aristoteles; sex non esse bis tria, sed semel sex R. 2. negando consequentiam, cujus probat. ant. iterum distinguo: nulla species potest contineri in aliâ, ita eadem maneat, concedo ant. ut prior esse definat, nego: R. tertio. Hoc ipsum solvendum esse communi sententiâ, quæ dicit, quòd linea, superficies & corpus sunt species quantitatis, cum tamen linea & superficies contineantur in corpore.

Probatur quartò. Illud quod est unum per accidens, definiri non potest, nec potest habere de eo scientia, sed de numero habetur scientia, scilicet arithmetica; ergò non est unum per accidens.

Dices: Esse de numero tantum scientiam minus rigorosam, non verò propriè dictam; sed Contra, Aristoteles divisit scientiam realem propriè dictam in Physicam, Metaphysicam & Mathematicam; ergò potest haberi de eo vera & rigorosa scientia: probatur consequentia; quia Mathematica propria species est Arithmetica, ergò si Mathematica est propriè scientia, erit etiam Arithmetica, quia nunquam species sunt imperfectiores suo genere, imò semper perfectiores, quia ultra rationem genericam contractam habent superadditam adhuc differentiam contrahentem.

Dices 2. Numerum tantum pro formali definiri, sed de rebus pro formali definitis non potest haberi scientia, ergò nec de numero: probatur mi. quia pro formali dicunt numeri ens rationis, ergò non potest de illis haberi scientia. Sed R. negando mi. quia de naturâ communi de individuis pro formali definitis habetur scientia; item de sacramentis: nam sacramenta etiam pro formali tantum definiri possunt, quia pro materiali sunt entia per accidens, ut patet, quia constant ex diversis rebus diversorum prædicamentorum, nam potiora conficiuntur per verba tanquam per formam, & per res tanquam materia, & tamen nullus dicit, quòd non possit definiri, nec refert, quòd Scotus in 4. d. 1. q. 2. n. 6. & 7. dicit: sacramenta pro formali dicere aliquid rationis in quo fundatur: probatio minoris: quia per ly rationis non intelligit ens rationis fictitium, sed aliquid intentionale, aut si diceret de essentia rationis, intelligendus esset de ente rationis fundamentalitèr

damentalitèr & improprie. Et quamvis dicatur numerus, habere esse, per intellectum hoc non probat, quod non habeat etiam aliam rationem, quae est ordo & connexio rerum ad numerum.

XVII.

Probatur Conclusio quoad

eam partem, quod permanens bene dividatur in lineam, superficiem, corpus & locum. Et quantum ad tres priores species tenet communis sententia, cum qua sic probo: Quia habent & participant rationem communem quantitatis cum differentis essentialitèr diversis, ergo sunt verae species quantitatis: probatur aut quoad primam partem, quia sunt divisibiles suo modo, nam linea dividitur in puncta, superficies in lineas, & corpus in lineas & superficies, sunt etiam impenetrabiles, quia nulla earum potest reduci ad indivisibile, ita ut connaturalitèr non exigeret extensionem localem cum impenetrabilitate, ergo participant rationem quantitatis, probatur etiam, quod habeant differentias essentialitèr diversas, nam linea solam exigit extensionem longitudinis, superficies longitudinis & latitudinis, corpus verò extensionem, non modò secundum longitudinem, latitudinem & profunditatem, sed haec sunt essentialitèr diversae differentiae; ergo; probatur: sunt essentialitèr diversae differentiae animarum, quòd una sit tantum vegetativa, altera vegetativa simul & sensitiva, tertio verò ultra vegetativam & sensitivam, est etiam rationalis, ergo etiam sunt diversae speciei differentiae, esse tantum longum, esse longum & latum simul, & insuper esse longum latum & etiam profundum ab omnimoda paritate.

XVIII.

Dices: Disparitatem esse, quia illae tres

animae inveniuntur in diversis subjectis, non sic autem superficies & linea extra corpus & consequenter, si in corpore continentur, constituent tantum unam speciem, sicut anima rationalis, licet dicatur vegetativa, sensitiva & rationalis, non dicitur esse tres animas, ergo: probatur aut, quia nullum est ens materiale corporum defacto tam subtile, ut solam haberet longitudinem, vel solam longitudinem simul & latitudinem, nam ut cum Di. Augustino loquar lib. de quant. ani. cap. 6. instruens Adeodatum filium, sic inquit: *Emitere cogitare longitudinem, quae adhuc nullam latitudinem assumpsit. Et respondet Adeodatus: Nihil possum tale cogitare, se enim solum aranea constituo in animo, quo nihil exitum solum videre, occurrit mihi etiam in eo & longitudo per se, & latitudo & altitudo: quae qualesq; sunt, negare tamen non possum.* R. hanc replicam probare multam priorem Conclusionem, pro defendenda tam ista R. breviter parum referre, utrum istae tres species inveniuntur in diversis subjectis, nec ne? ex hoc tamen non concludi posse, quod non sint diversae species, sufficit enim, quod fortè sint debiles sine corpore per divinam potentiam, atq; adeò dici possent diversae speciei, quia certum est, quod si esset ali- quod ens, quod solum habere[et] longitudinem, specie differret à corpore, & sic etiam dicito de superficie, sicut Astronomi multa defacto demonstrant, de linea æquinoctiali meridionali, non quòd sint in caelo, sed quod si essent, hanc

F. Amandi Hermann Logica.

& hanc operationem, munus & officium haberent.

Probatur etiam de loco: tum XVIII.

quia Aristoteles sic tenuit, tum quia omnes affectiones quantitatis eidem conveniunt, nam dicitur magnus, parvus, extensus, commensurabilis, divisibilis, sed cuicumq; conveniunt praedicata alicujus, illud censendum est species ejus, si non univoca, saltem æquivoca, sicut etià in sententia communiori Scristarum, creatura & Deus sunt entia æquivocè, accidens comparatum ad substantiam, ens rationis ad verum ens, ergo locus poterit dici vera species quantitatis, licet æquivoca, quia plus non requiro in Conclusionem, nec dico esse univocè quantitatem, sed tantum propter analogiam.

XIX.

Dices: Locum esse quidem quantitatem,

sed non distinctum à superficie, ut aliquid autem sit species, etiam æquivocè debet esse distinctum ab alio, quod est species univocè, ergo: R. negando ant. quia potest aliquid in loco, seu spatio aut praesentia, de quo modo non curo, an distinguatur, sumo, prout mihi idem significant, potest inquam, aliquid esse verè absq; eo, quod sit sub superficie, sed tunc posset dici in loco, seu ad minus in praesentia & spatio, ergo potest esse locus distinctus à superficie: probatur ma. quia potest, vel potuisset Deus creasse, ante mundi constitutionem, solem, vel hominem, sed tunc sol, vel homo nõ fuissent nullibi, sed fuissent alicubi, ergo fuissent in loco, in eo casu autem nullam habuissent superficiem, ergo potest esse locus sine superficie.

Instabis: Locum, quomocunque con-

sideretur, spectare ad praedicamentum ubi, non verò ad praedicamentum quantitatis. R. Licet verum sit, locum ad praedicamentum ubi spectare, hinc tamen non sequi, quòd minus possit etiam ad praedicamentum quantitatis pertinere, sicut habitus spectat ad praedicamentum substantiae & etiam ad praedicamentum ultimum, seu habere.

Urgebis: Praedicamenta sunt realitèr

distincta, ergo idem non potest pertinere ad diversa praedicamenta. R. dist. consequens non potest idem ad diversa praedicamenta pertinere, secundum eandem rationem & eodem modo, concedo consequentiam. Secundum diversam rationem diversumque modum, nego consequentiam. Itaq; Locus in quantum dicitur rem continere, pertinet ad praedicamentum ubi, in quantum verò quantitatis rationes, scilicet, magnitudinis, parvitas, extensionis, mensurabilitatis participat, pertinet ad quantitatem, ad unum essentialitèr, ad alterum denominativè & analogicè.

Similitèr potest etiam probari

conclusio quoad tempus motum, nempe quia sunt extensa, quanta, mensurabilia, tarda, velocia &c. quae de quantitate dici possunt, ergo verè dicuntur participare rationem quantitatis, nec contra hoc aliquid occurrit, quod habere specialem difficultatem praeter eas, quas jam supra tetigi; unde dum dicunt, ea esse formalitèr motum, R. secundum aliam tamen de-

nominativè dici posse quanta, nec ulterius potest aliquid urgeri, quia non statur, quod sint veræ & propriæ dictæ quantitates, sed analogicè & denominativè; & hoc notato quælibet objectio per istud solvi potest.

QUÆSTIO IV.

De Proprietatibus Quantitatis.

I.

Prima proprietas est non habere contrarium.

Aristoteles tum hic, tum alibi plures assignat quantitatis proprietates, quarum aliqua etiam conveniunt substantiæ, alia verò sunt quantitati tantummodo propriæ, quæ etiam substantiæ competunt sunt duæ, nempe quod non habeat contrarium, intellige de contrarietate propriè dicta, prout explicui agendo de proprietatibus substantiæ: hinc licet una quantitas expellit aliam à suo loco, non expellit tamen aliam à subjecto; unde quod duæ quantitates, verbi gratiâ, duarum ulnarum non possint esse etiam in eodem subjecto, hoc non provenit, quod sibi contrariantur, sed ex eo, quia ipsa subjecta sunt in capacia ad recipiendas duas quantitates, non verò ratione ipsarum quantitatum contingit talis expulsio. Imò potest intelligi etiam, quod non habeat contrarium, id est quod, nec substantiæ, nec qualitati ipsa opponatur, nec illa quantitati.

II.

Secunda non suscipere magis & minus.

Secunda proprietas quæ etiam est substantiæ communis non suscipere magis & minus, id est quod non possit intendi; non verò, quod non queat extendi, quia videmus, quod una quantitas sit major quam altera, ut patet de quantitate palmari & ulna &c. Intensio autem quantitati nihil omninò confert: nam quilibet gradus & quælibet pars reddit suum effectum formalem quem præstarent, si septem, vel octo essent in eodem subjecto, quia quælibet pars faceret subjectum esse extensum in ordine ad se, & ad locum impenetrabiliter.

III.

Tertia esse divisibile in partes integrales.

Tertia proprietas quantitatis eiq; soli propria & conveniens: Est esse divisibile in partes integrales, quia dividi in partes essentialiter verè etiam competit substantiæ: divisio autem in partes integrales potest esse duplex: prima dicit solam partium distinctionem & separabilitatem entitativam; & hæc non est propria quanto modo quantitati, ut patet ex dictis, cum substantia etiam habeat talem divisibilitatem: Altera verò soli quantitati in quarto modo competens est, quando una pars separatur ab alia propter incompossibilitatem ad invicem, & sit interveniente instrumento corporeo per cessionem unius quanti alteri quanto quod ejus petit occupare locum. Et hæc proprietas competit omni quantitati, maximè continuæ, quia licet ab agente naturali cœli non sint divisibiles; nihilominus à principio intrinseco competit ipsis sic dividi posse: quare, notanter dicitur divisibilitas non divisio, nec tamen actualis divisio quæ reperitur in quantitate discreta totaliter & absolute excluditur; quia quamvis partes materiales jam divisæ sint, numerus semper est divisibilis in plures unitates; vel dici potest quod non sit necesse intelligere, quasi sola divi-

sibilitas sit proprietas; sed divisio, vel divisibilitas, sicut dixi de prædicatione differentie non modo pluribus numero sed etiam specie differentibus.

Quarta proprietas quantitatis est, esse in loco commensurativè, seu esse aptitudinem, ut aliquid actualiter, vel aptitudinaliter possit mensurari, seu activè, seu passivè, secundum rationem formalem quantitatis, seu secundum quantitatem molis. Et hæc proprietas, si intelligatur secundum præcisam rationem quantitatis molis vera erit proprietas, si verò intelligatur pro omni eo quod deducere, vel deduci potest in cognitionem alicujus, non erit proprietas quantitatis simpliciter in se, sed secundum nos seu secundum id, quod nos pro præsentis statu possumus aliquid mensurare prout supra de mensura quantitatis, in quæ cum dixerim, quod ratio quantitatis non consistat vix negari potest quin sit ad minus proprietas.

Quinta proprietas, quam Aristoteles maximè propriam vocat quantitati, est esse æquale, vel inæquale. Intellige tamen hanc æqualitatem & inæqualitatem quam habent res aliqua in ordine ad occupandum locum secundum extensionem partium æqualem & inæqualem in loco impenetrabiliter, quia alioquin & qualitates, & substantiæ dici possent æquales & inæquales; substantiæ quidem in perfectione & extensione, sicut est, verbi gratiâ, Angelus & materia prima; qualitates verò secundum perfectionem & intensionem æquales esse possunt, calor enim ut 6. perfectior est extensive calore ut 3. & perfectior est calor entitate quàm sit humiditas, &c. Non est tamen necesse ut illa æqualitas, vel inæqualitas sit actualis: sufficit etenim aptitudinalis; hinc si unica tantum esset quantitas à parte rei, verbi gratiâ, unica linea, hæc esset adhuc æqualis & inæqualis aptitudine, licet non actu. Hæc proprietas quoq; frequentè intelligitur de quantitatibus ejusdem speciei, verbi gratiâ, de duobus lineis, duabus superficiebus, & duobus corporibus. Per datam explicationem nonnullæ quæstionculæ benè solvi possunt, quas movent Connimb. hic q. 3. a. 1. & prima est. An æqualitas & inæqualitas competat quantitati ut sic, ut est supremum genus? Ad quod Respondetur negativè sed quantitatibus in particulari & hoc ipsum secundum suas partes integrales. Secundo an quantitas infinita possit esse æqualis, vel inæqualis? ad quod dicitur affirmativè, quia est apta nata commensurari alteri infinitæ, & sic æqualis ipsi aptitudine; deinde defecto esset inæqualis cuilibet finita. Tertio, an duo pondera sint æqualia vel inæqualia ratione quantitatis? Ad quod etiam affirmativè: ratio est, quia substantia de se non est æqualis, vel inæqualis secundum extensionem partium impenetrabiliter nisi ratione quantitatis. Denique notandum, quod æqualitas & inæqualitas non sint proprietates quantitatis, si sumantur formaliter, scilicet pro relatione convenientiæ & disconvenientiæ in eadem quantitate, aliquorum duorum, sed si accipiatur fundamentaliter pro aptitudine, quæ est apta fundare illas relationes, in quantum scilicet est ratio qua sibi æquales

æquales vel inæquales dici possunt. De relatione autem, quam æqualitas & inæqualitas important pro formali quaeritur. An sint reales vel rationis? Ad quod h. cum distinctione: si ad relationem propriè dictam requiritur, quòd extrema necessaria existant sicut requiritur, tunc sunt reales quæ intercedunt, inter duas quantitates, quæ a parte rei sunt, ut inter duas quantitates palmares; sunt autem rationis, quando neutrum vel alterutrum extremum non est existens, & hæc ordinariè intercedunt inquantitates successivas motus & temporis, verbi gratiâ, in motu circulari primi mobilis, vel solis ab oriente in occidentem; & e contra: in quo constituitur duratio, quæ dicitur, hic annus est æqualis cum motu circulari præteriti anni; & inæqualis cum motu per unum tantum Zodiaci signum. Et quamvis Aristoteles hanc proprietatem vocaverit maximè propriam, quia universalitèr tam quantitati continuæ, quàm discretæ permanenti & successivè competit; Attamen proprietas quantitates continuæ permanentis intimior & proximior est.

Proprietas sexta est, scilicet esse impenetrabile, quia per hanc ipsam quantitatis rationem formalem explicavi, ad quam sequuntur omnes alia; nam esse divisibile mensurabile & c. præsupponunt extensionem localem impenetrabilitèr, unde ad eam sequitur, figura, & ubicabilitas. Figura enim exultat ex ordine quam partes dicunt ad se invicem situatæ in aliquo, & hanc vocat Scotus positionem de genere situs, unde data penetratione non manet figura, prout contingit cum corpore Christi in Eucharistia, in quo non est positio extrinseca de genere situs; bene tamen intrinseca seu ratio exigitiva extensionis localis cum impenetrabilitate. Fundatur etiam ubicabilitas circumscriptiva quæ corporibus competit, ratione quantitatis, unde vocatur etiam ratio essendi in loco circumscriptivè, subintellige cum impenetrabilitate, quia esse in loco circumscriptivè, prout dicit solam localitatem divisibilem corporibus per se competit, & ratio corporis de se est prior ratione quantitatis.

VI.
Sexta est esse impenetrabile.



DISPUTATIO V. DE QUALITATE.

Agunt plures Authores de relatione ante qualitatem, sequentes Aristotelem, qui etiam in Logica qualitati relationem præmisit: at tamen quinto Metaphysicæ extensionem servans ordinem, contrarium fecit, & immediatè post quantitatem egit de qualitate; sunt etenim semper cogitationes posteriores sapientiores prioribus. Et hoc valde congruo procedendi ordine. Nam minus regulate inter relativa immiscitur qualitas quæ de genere accidentium perfectissimum est: gratis suis verò sub uno grege educuntur absolutæ & sub alio relativa. Quare sit.

QUÆSTIO I.

Quid sit qualitas hujus Prædicamenti?

Notandum quòd qualitas post Aristotelem tripliciter sumi possit: primò laxissimè, ita ut comprehendat omnes formas tam accidentales quàm substantiales, quæ possunt aliquod subjectum denominare quale, & hinc dicitur quòd differentia sit prædicabilis in quale quia quia ad quæstionem illam responderetur per modum adjacentis & accidentis, ut qualis est homo, est rationalis. Secundò modo potest accipi pro omnibus omnino accidentibus five absolutis seu respectivis quæ omnes prædicantur absolute in quale contingenter, ut patet tum ex dictis, tum per singula discurrendo; verùm tamen in his acceptionibus non est ad nostrum propositum, prout autem de qualitate hic agitur, sumitur pro aliquo particulari accidentali forma absoluta, quæ hoc prædicamentum constituit, quæ forma quidnam sit explicatum est difficillimum: tot etenim circumferuntur definitiones quasi, quot sunt definitores & authores qui de hac rescripserunt. Aristoteles eam descripsit, quod sit illud, quæ quales esse dicimur & per quam respondemus ad quæstionem, qualis res sit, quæ descriptio ordinariè ab omnibus reicitur; quia regulis bonæ definitionis & descriptionis caret; quia definitio est æque ignota ac definitum, quia esse qualem est esse affe-

ctum qualitate; ergò esse qualem, non est notius quàm ipse qualitas; cum aliud non sit quàm qualitate affectum esse, sicut non bene explicaret quis quantitatem per hoc, quòd diceret: est illa ratio qua quanti dicimur, aut albedinem esse eam formam quæ albi dicimur. Scotus de hac re ex professo non egit. D. Thomas dicit qualitatem esse dispositionem substantiæ, vel modum accidentalem substantiæ; verùm tamen insufficienter; quia quantitas est etiam dispositio substantiæ, & ubi, ac approximatior sunt modi accidentales substantiæ, quæ tamen non sunt qualitates. Hurtadus definit qualitatem esse accidens absolutum, non quantum; verùm tamen hæc definitio potius explicat, quid qualitas non sit, quàm quid sit; deinde non assignat sufficientem rationem specificam, quæ quietaret intellectum meum & deduceret me incognitionem ignoti. Iterum eodem modo potest etiam definiri quantitas, quòd accidens absolutum non quale, per quam definitionem non explicaretur tamen ratio formalis quantitatis, imò non tantum quantitas, sed etiam alia accidentia respectiva, si possent definiri. Mastrius & Belutus dicunt, quod qualitas sit accidens absolutum, ratione cujus subjectum qualificatum potest intendi & remitti: sed non explicant rationem universalem qualitatis quia multæ dantur qualitates, quæ non possunt intendi & remitti, ut sunt intellectiones & volitiones, species

cies intelligibiles, character baptis malis, deinde hæc est tantum proprietates subsequens qualitatem, ergo non potest per intensionem & remissionem congruè definiri, alioquin non esset ratio, cur non potius definiretur per habere contrarium, quod æque convenit qualitati ac posse intendi & remitti. Deniq; si per possibile & impossibile qualitas non posset intendi vel remitti, adhuc tamen posset verè esse qualitas, alii aliter opinantur, ut facilius esset, omnes refutare, quam aliquam adæquatam assignare, quare omisis pluribus aliis, unam proponam, quæ licet adæquata non fuerit, erit tamen qualitatis sufficienter explicativa, unde supponendo quòd quantitas sit accidens absolutum, impenetrabile à substantiâ distinctum.

II.
Describitur
qualitas,

Dico I. *Qualitas est accidens absolutum, penetrabile subiectum alterans illudque bene vel male afficiens.* Hæc quoad r. p. est Pontii, quoad secundam Baronis, quoad tertiam P. Comptoni. Probatur Conclusio. Quia omnibus & solis qualitibus competit & distinguitur ab omnibus aliis quæ non sunt qualitates, nam per ly accidens distinguitur à substantiâ, per absolutum, cum quantitate quidem convenit & differt à relativis. Per particulam verò penetrabile à quantitate fecerunt quæ est formale principium extensionis localis impenetrabilis, per reliquas particulas explicantur effectus formales ipsius qualitatis, quia quæcumq; qualitas subiecto advenit, illud alterat, & idem aliquid boni, vel mali confert, nam nulla est qualitas, sive materialis, sive spiritualis, quæ non aliquid boni Physici vel moralis, verbi gratiâ: sanctitatem, potentiam ad agendum ornatum ut characteres, vel mali, id est aliquid disconvenientis subiecto adferat, ut est calor respectu aquæ, dolor respectu animalis &c.

III.

Dices: Per particulam alterans, satis explicari rationem qualitatis, ergo superfluit posterior scilicet bene vel male afficiens subiectum. R. negando ant. quia alteratio etiam sit inter formas accidentales & ad respectivas, adeoq; non esset ratio sufficienter distinguens illam & à substantiâ & à relatione, patet ant. quia subiectum alteratum per locum situm, habitum, actionem, passionem. De

Instabis. Illas alterationes non esse proprie dictas, ergo sola qualitas describitur bene per alterationem, patet ant. quia accipitur tunc pro mutatione subiecti ad quamcumq; formam. Sed Contra: licet alterationes proprie dictæ non sint, per illam tamen particulam solam, et si significaret alterationem proprie dictam, non exprimitur ratio formalis constitutiva qualitatis ut sic, quia dantur multæ qualitates, quæ tamen subiectum proprie dictæ alteratione non alterant, nam propria dictæ alteratio est mutatio successiva ad qualitatem sensibilem contrariam, vel mediam, sed multæ qualitates tali alteratione non alterant, ergo si alterant, sufficit alteratio etiam improprie dicta: probatur minor, quia gratia, character, &c. sunt qualitates, sed ad illas non est mutatio successiva nec etiam sunt sensibiles, ergo. Deinde etiam plures qua-

litates sensibiles non sic alterant subiectum, ut patet de iis omnibus, quæ suas naturas necessario consequuntur, ut lux solem &c. Imò propter has instantias posui & addidi particulam bene, vel male afficiens subiectum, quia vidi, quòd sola particula ista non sufficeret, addidi alterans, propter formas indifferentes, quæ videntur, nec bene, nec male afficere subiectum, quia nec sunt proprie convenientes, nec disconvenientes, & tales formæ sunt omnes habitus causati ab actibus indifferentibus, & ipsæ dispositiones, tum etiam quæcumq; naturales, quæ nec petunt esse in subiecto aliquo nec, reculant.

Dices: Etiam contra particulam penetrabile, Albedo & nigredo sunt veræ qualitates, sed istæ non possunt se invicem penetrare, ergo malè additur penetrabile. R. dist. minorem: non possunt se invicem penetrare, quæ qualitates sunt præcisè: nego mi. quæ tales qualitates sunt in particulari, quæ ex ratione sua specifica dicunt repugnantiam: concedo mi. & nego consequentiam. Albedo ergo & nigredo non habent hoc ex generica ratione qualitatis, alioquin deberent etiam hoc habere dulcedo & albedo, quæ tamen ut experientia docet, sunt compatibles in eodem subiecto, ut patet de lacte & saccharo.

Instabis. Quantitas una potest etiam penetrari cum alia, ergo per hoc non distinguitur. R. dist. ant. naturaliter nego, supernaturaliter concedo ant. ergo non distinguitur qualitas à quantitate per penetrabile supernaturaliter secundum actum, transeat consequentia secundum exigentiam connaturalem, nego consequentiam, quia connaturaliter exigit quantitas non penetrari & qualitas penetrari.

Dico 2. *Definitio qualitatis à Philosopho data potest aequaliter defendi, quod sit bona.* Hæc videtur convenire cum Complut. reverà tamen non convenit, quia non dicit eam absolute bonam esse, quasi concretum esset notius suo abstracto, ut volunt Complutenses; sed alioquin posse inveniri modum, secundum quem sustineri possit, moveor ad hoc asserendum autoritate D. Augustini cap. 12. Categ. ubi sic ait: *Nunc de qualitate tractemus, secundum ea quæ sunt, qualia dicuntur.* Et postquam multa de qualitate & quali disseruisset, asseverando ab aliquibus pro eodem sumi consuevisse, tandem concludit sic: *propterea, etiam nos eundem (Aristotelem) secuti, similia senserimus;* quia ergo magnus Ecclesie Doctor Aristotelem tanti fecit & esse definitionem amplecti voluerit, & in tradita doctrina de qualitibus sequi; idèò pariter puto & concludo, posse eam aliquomodo defendi tanquam bonam. Quare nunc:

Modum declaro & probo, primò Conclusionem: Ideò definitio data bona non esset, quia ly quale esset æq; ignotum ac ipsa qualitas, sed hoc non improbat bonitatem ejus, ergo: probatur mi. quia major est certa, bene definitur genus per speciem, & species per genus, sed unum est tantum ignotum quam alterum, ergo non obstante, quòd sit æq; ignotum quale, quam qualitas, definitio erit bona. Si dicas, ut communiter dici solet in illis defini-

IV.
Definitio
qualitatis
est bona

I.
Qualitas
est bona

ioni.

tionibus, genus quidam non esse notius, quam species ex natura sua, bene tamen ex suppositione, tunc ego sic incho incho: quale non est notius ex natura sua, quam qualitas, bene tamen ex suppositione; ergo, si illa definitio speciei bona est, quia supponitur esse, jam notum quid sit a pari, poterit definitionem qualitatis bonam esse, quia, praesupponitur jam notum, quid sit esse quale. Incho secundo: Genus nec quidem ex suppositione potius esse notius quam species, ergo eadem est utrobique; ratio: probatur autem, quia si genus ex aliqua suppositione esset, notius esset: quia jam antea fuit definitum; sed hoc non est, ergo: probatur definitio prior, non poterat rem genus notum, quia etiam definitur per speciem, quae est ignota.

V. Probatur secundo. Bona esse definitio accidentis a Porphyrio tradita, quod sit illud, quod nec est genus, nec species, nec differentia, nec proprium, inest tamen subiecto; ergo ista definitio etiam poterit dici aliquantulum bona, probatur consequentia: Ideo bona est illa definitio accidentis, quia supponitur jam notum, quid sint caetera praedicabilia; sed potest etiam aliquis &c. potest aliquis scire, quid sit substantia, quid quantitas, & quid relatio? sed hoc supposito, si audiret hanc definitionem: *qualitas est, quae dicitur quales*, posset cognoscere, non esse aliquod praedicamentum ex enumeratis, & esse tamen aliquod praedicamentum; ergo ex tali suppositione bene explicaretur natura qualitatis & consequenter bona definitio. Et hoc probabile puto, quod Aristoteles intendit, & colligo ex modo tractandi in Logica, qui ideo notanter praemisit agere de relatione, antequam ageret de qualitate, ut cognitio illorum naturis tandem concluderet, qualitatem esse unum praedicamentum & nullum esse existens, quod autem in Metaphysica ordinem variaverit, ideo contigit, quia ex logicabilibus praesupponebat notam qualitatem, adeoque non fuit amplius necesse, praemittere relationem.

QUAESTIO III.

An Qualitas sit perfectior Quantitate.

L. Partem affirmativam cum Sco. to tenet Durandus Eucharistia dist. 12. q. 2. Capreolus, Soto, Oeccham ferrariensis 4. Contra Gentes c. 65. apud Covellum Schol. 2. quaest. 2. citanda cum qua

Dico: Qualitas ut sic, est perfectior quam quantitas. Hec est Doctoris 4. d. 12. q. 2. a. n. 9.

Probatur primo: Illud quod est principium agendi actione vera, reali, & non intentionali est perfectius, quam illud, quod non est tale principium; sed qualitas est principium agendi vera & reali actione, non vero quantitas; ergo qualitas est perfectior, quam sit quantitas: probatur mi. quia calor producit alium calorem, habitus effectivè concurrunt ad producendos actus &c. quantitas vero nihil producit; ergo.

Probatur secundo: Illud est perfectius, quod per perfectiones differentias con-

trahitur, sed qualitas contrahitur per differentias perfectiores, quam quantitas, ergo & ipsa erit perfectior; probatur mi. Illae sunt perfectiores differentiae, quae magis correspondent & accedunt ad Entium Ens perfectissimum, sed differentiae qualitatum sic correspondent, ergo probatur mi. In perfectissimo Ente est sapientia, volitio, intellectio, sed huic correspondent differentiae qualitatum, ergo; probatur mi. Qualitas contrahitur per intellectiorem & volitionem, sed intellectio & volitio in angelis & animabus magis correspondent perfectissimo Enti, non vero quantitas, quia haec non correspondet perfectiori enti magis quam imperfectiori, imò e contrario, quia perfectissimum Ens in quo est Quantitas, est corpus Christi & B. Virginis, sed his non correspondet major quantitas, quia major est in Elephante & aliis animalibus, quam in corpore Christi, vel Bmæ. Virginis, ergo.

Probatur Conclusio tertio.

Illud est perfectius, quo attingitur ultimus finis immediatè est perfectius illo, quo non sic attingitur; sed qualitate attingitur finis ultimus beatitudinis nostrae, ergo: probatur minor. Finis ultimus attingitur per visionem & fruitionem beatificam, tanquam per principium formale, quo attingendi, sed visio & fruitio sunt qualitates, ergo per qualitates attingitur finis ultimus, quantitas vero nullo modo concurrat ad attingendum eum finem.

Probatur Conclusio quarto.

Illud, quod competit alicui ratione alicujus perfectioris, est de se etiam perfectius quam illud, quod competit ratione alicujus imperfectioris; sed qualitas competit composito ratione alicujus perfectioris, quam quantitas, ergo est perfectior: probatur mi. quia qualitas competit composito ratione formae & quantitas ratione materiae; sed forma est perfectior, quam sit materia; ergo qualitas competit composito ratione alicujus perfectioris. Hae argumenta desumpta ex Doctore citato, qui etiam ibidem contra ponit aliqua argumenta, unde ex eodem etiam

Arguitur. Quod est propinquius, perfectiori est simpliciter perfectius, quam illud quod non est sic propinquum; sed quantitas est simpliciter propinquior substantiae, quae est perfectissima, quam sit qualitas, ergo quantitas est perfectior qualitate: probatur mi. quia quantitas immediatè est in substantia, qualitas vero non nisi mediante qualitate, ergo quantitas est simpliciter propinquior. Sed h. distinguendo ma. si sit propinquius illi perfectiori secundum rationem illam, secundum quam est perfectius, concedo ma. si non sit propinquius illi perfectiori secundum rationem perfectioris, sed secundum aliam, nego ma. similiter dist. quantitas est propinquior substantiae materiali; concedo mi. substantiis spiritualibus & Enti simpliciter infinite perfectio, nego mi. & consequentiam. Itaque licet caelum possit dici Deo propinquius, quam homo, in ratione incorruptibilitatis; homo tamen simpliciter est caelo perfectior, quia imitatur Deum, secundum rationem perfectissimam intellectualem. Et sic

II.

fic etiam in materialibus, quia quantitas imitatur substantiam, in ratione substandi & per modum receptivi, ac potentialis est imperfectior qualitate, quæ imitatur substantiam, in quantum est principium agendi, & sic in hac ratione qualitas est ipsi immediatior.

Instatur. Hoc solummodo probat, aliquam determinatam & particularem quantitatem esse perfectiorem quantitate, non verò quamlibet qualitatem: probatur, quia illud est simpliciter imperfectius, quod ab alio dependet, & alterum non sic e contra ab illo, sed qualitates materiales dependet à quantitate & ipsa non sic à qualitatibus, ergo est perfectior. **R.** negando assumptum; Quia quoadcunq; genus ut sic, est perfectius genere ut sic, omnes species & individua generis perfectioris sunt, etiam perfectiora speciebus & individuis generis imperfectioris: verbi gratiâ; quia animal est perfectius in se, quàm planta, idè omnes species & individua animalis sunt perfectiora, quàm species & individua plantæ: ad probationem, nego ma. loquendo secundum omnem considerationem, quamvis vera sit, secundum considerationem dependentiæ, nam forma substantialis materialis dependet à materia, & visio vel intellectus à calore, quæ tamen secundum entitates suas sunt nobiliores & perfectiores illis à quibus sic dependet.

QUÆSTIO III.

De Divisionibus Qualitatis.

Aristoteles hic cap. 8. divisit quali-

I.
Circum divisionem qualitatis duplex est difficultas.

tatem: primò, in habitum & dispositionem: secundò, in potentiam & impotentiam: tertio, in passionem & patibilem qualitatem: quartò, in figuram & formam, de quibus duæ occurrunt difficultates: prima est in explicatione singulorum, circa quod maxima est Authorum & sententiarum diversitas; secunda est, an data divisio in illas quatuor species sit adæquata & an sit totius generis in species? utrumq; breviter expediam in hac quæstione. Itaq; quantum ad Primam speciem, quæ est habitus & dispositio

II.
Habitus multipliciter accipitur.

Notandum. Habitum multipliciter accipi posse, ut ipse Doctor advertit: Nam primò accipitur pro habitu, qui significat possessionem, seu vis ad rem, & in hac acceptione spectat ad post prædicamenta, in quibus explicatur multiplex modus habendi, inter quos etiam est habere pecuniam, mulierem: & secundò modo accipitur pro respectu inter rem habentem habitum & ipsum habitum, seu vestiti ad vestitum; Tertio modò accipitur pro eo, quod opponitur privationi, & sic quælibet forma habitus appellari potest, verumtamen in his acceptionibus de habitu hic non agitur, sed prout est aliqua species qualitatis prædicamentalis, quam Authores diversimodè explicant, nam Aversa dicit: Quod sit qualitas data subiecto ad operandum operatione propriè dictâ; Verumtamen insufficienter, quia etiam potentia naturalis est qualitas data ad operandum operatione propriè dictâ; & Complutenfes verò asserunt, quod sit qualitas per se primò ordinata ad bene vel male esse naturæ, vel subiecti secundum se aut secundum

operationem, sed hæc explicatio planè tolerari non potest, quia est quodam modo generica, nulla enim est qualitas, quæ non bene vel male afficeret subiectum in ordine ad se, vel ad operationem, ut supra dixi, imò in sententiâ Thomistarum hæc explicatio competit intellectui & voluntati, quia tam intellectus & voluntas sunt distinctæ potentie ab animâ & ordinatæ ad bene efficiendum subiectum, tam in ordine ad se, quàm in ordine ad operationes. Quare melius puto explicari habitum dicendo: *Esse qualitatem non innatam subiecto, sed ab extrinseco provenientem, difficulter mobilem, elevantem, vel facilitantem ad agendum, vel patiendum;* Quæ descriptio explicatur hoc modo, per id, quòd dicitur esse qualitatem, convenit cum aliis qualitatibus, per particulam non innatam, &c. excludit qualitates secundæ divisionis, unde quæ ad hanc speciem, vel quasi speciem spectant, sunt qualitates adventitiæ, & ab extrinseco subiecto advenientes, prout ipse exemplificat Aristoteles, quia ad hanc speciem collocat scientiam, virtutem, caliditatem, frigiditatem in homine, sanitatem & ægriitudinem; per particulam elevantem intelliguntur habitus supernaturalitèr infusi, qui simpliciter sunt necessarii ad operandum, & si essent aliquæ qualitates naturales, quæ ab extrinseco subiecto tribuunt posse operari, cum tamen antea talem potentiam non haberet, ut est calor in aquâ, qui facit quòd aqua possit calefacere, cum tamen antea non posset. Dicitur, vel facilitantem, quia habitus naturales ordinati sunt ad adjuvandam potentiam, ut magis expedite & facilius operetur; dixi etiam vel ad patiendum, propter Aristotelem, qui inter habitus recenset ægriitudinem, cum tamen hæc non facilius ad agendum, sed potius ad patiendum. Additum fuit etiam difficulter mobilem, per quod habitus differt à dispositione, quæ etiam est qualitas, non innata subiecto, sed ab extrinseco adveniens, inclinans ad agendum, vel patiendum, facilius tamen mobilis, unde quæ ista facilis mobilitas proveniat seu ex non frequentatione actuum, seu ex ratione ipsiusmet qualitatis, sive ex ratione subiecti, quod non est capax forte substantiare diu tales qualitates, hinc habitus & dispositio non sunt species essentialitèr diversæ, sed tantum accidentalitèr differunt, scilicet penes facile & difficile moveri à subiecto; sicut nullus dicit, calorem intensum esse distinctæ speciei à calore remisso, in sententiâ, nam Scotistarum omnes gradus intensiōis sunt homogenei. Nec refert, quòd habitus infusi videantur citò mobiles à subiecto nempè per unicum actum contrarium, quia non moventur citò Physicè, sed tantum moralitèr & demeritoriè, quando autem in descriptione ponitur facilius, vel difficulter mobilis intelligitur mobilitas naturalis.

Secunda Species Est Potentia naturalis & impotentia naturalis. Per potentiam hic non intelligitur alicujus rei principium ad agendum, ut est intellectus & voluntas, nec pro eâ facilitate, quam aliquis acquirit per multos actus & frequentia exercitia, sicut histrio habet potentiam ad saltandum, ludendum, quia tales potentie spectant ad primam speciem, quia non sunt innatæ agendi, sed ab extrinseco prove-

Defectum habitus.

IV.

11.

111.

1111.

11111.

111111.

1111111.

11111111.

111111111.

1111111111.

11111111111.

111111111111.

1111111111111.

11111111111111.

111111111111111.

1111111111111111.

11111111111111111.

proveniunt, sed intelligitur hic per potentiam habitus innata subjecto eique non identificata inclinans multum, vel etiam necessariò requisita ad agendum. Per impotentiam verò non intelligitur negatio, vel privatio potentiae, quia sic non esset qualitas, sed intelligitur habitus innata subjecto & non extrinseco præveniens non identificata eidem impediens & retardans ad agendum. Dicitur habitus, seu qualitas, innata subjecto: Per quam particulam distinguitur secunda species à firmà, quia illa non innascitur subjecto, sed ab extrinseco advenit: dicitur non identificata per quod excluduntur potentiae identificatae, quales sunt passiones, aptitudinales, respectus, & quaecumq; principia ad agendum necessariò requisita, si sunt identificata; dicitur inclinans multum, propter illas potentias quae non sunt necessariò requisitae ad simpliciter agendum, verbi gratia facilitas ex naturà ad currendum, ad videndum perspicacitas, ad intelligendum velocitas, ad retinendum & discurrendum subtilitas, &c. dicitur etiam vel necessariò requisita ad agendum, ut est calor in igne, frigus in aqua, gravitas in gravi, levitas in levi, quae omnia necessariò sunt requisita ad agendum, & non tantum ad faciliter agendum, ut ita universaliter dicatur potentia naturalis, quae subjecto non est identificata, & est tamen innata ad expedire vel necessariò agendum requisita, & e contra impotentia omnis ea qualitas quae subjectum positivè impedit ad velociter agendum, vel etiam retardet planè, ut est impotentia quae aliquis minus subtiliter discit, minus velociter currit, vel etiam positivè retardatur, ut sunt dispositiones naturales in nonnullorum oculis ratione quarum minus perspicaciter videre possunt.

tum quia dicit: quòd alteratio secundum subjectum spectet ad primam speciem, ergò benè distinguitur passio per respectum sensibilitatis ad potentiam; tum deniq; si actus appetitus, intellectus & voluntatis secundum se spectentur, adveniunt difficultè & faciliter mobiles sunt, ergò secundum se ad primam speciem, in quantum verò per opera externa produnt, ad hanc speciem spectant. Idem est autem patibilis qualitas, quod passio, excepto hoc quòd patibilis qualitas fit diu permanens, passio verò citò transiens, hinc color continuo rubicundus in facie, perpetuus pallor in vultu dicuntur patibiles qualitates; rubedo autem ex verecundià, pallor ex metu & timore passio appellantur, ex eo, quia cessante motu verecundiæ & timore desinunt & citò remouentur, ad passionem reducentur colores, odores, saporum florum, herbarum, &c. quia omnes natae sunt potentiam alterare cum veloci mobilitate, & sic quae patet, quòd passio & patibilis qualitas inter se non distinguantur nisi secundum magis minus.

Explicatio
probabilis
qualitatis.

Quarta deniq; Species Est forma

& figura; Per formam autem non intelligitur aliqua forma substantialis, nec alia formae accidentales, sed ea solum quae convertitur cum figura; cum accidentali tamen differentià, quia forma dispositionem dicit aliquam specialem quam habent partes secundum colores & quantitatem, simul debite proportionatam à qua res denominantur pulchrae & gratiosae. Figura verò dicit solam debitam dispositionem secundum quantitatem linealiter & superficialiter & sic spectat ad dispositionem situs; prout verò dicit ipsam superficiem & linearum terminationem spectat ad hoc praedicamentum, primo modo accipiendo, forma pertinet ad res animatas, posteriori verò ad res inanimatas, nam ab ista linearum terminatione praecise res dicitur recta, curva, quadrata, rotunda. Ex quo patet, quòd merè accidentaliter differant, haecq; sint dicta ad sufficientiam, pro primà difficultate posteriorem resoluo etiam &

V.
Explicatio
formae &
figure.

IV.
videtur

Tertia Species Est passio & patibilis

qualitas. Per passionem non intelligo hic proprietatem alicujus rei, quia haec cum sit identificata subjecto cuius dicitur proprietates non potest habere rationem qualitatis. Passio ergò, prout hic spectat, est qualitas per se, sensibilis sensu externo alterans subjectum in ordine ad potentiam, quae potest illam percipere; dicitur: sensibilis sensu externo, per quod distinguitur à prioribus duabus speciebus, quae non sunt sensu perceptibiles, ut patet de eisdem; dicitur: alterans subjectum, in quo convenit cum aliis qualitatibus, quae etiam subjectum alterare natae sunt, & distinguitur per hoc, quòd illam alterationem faciat, ut per potentiam intentionaliter percipiantur; unde dicitur passio, non quòd subjecto inferat passionem, sed quòd sensui, qui semper patitur, dum aliquid percipit. Et licet Aristoteles enumeret inter passiones spectantes ad hanc speciem motus voluntatis & appetitus, non loquitur tamen de iis, nisi in quantum per signa externa manifestantur, quare Mastrius gratis arguit Pontium, quasi non benè hanc distingisset speciem per hoc, quòd haec sit sensu perceptibilis, non verò priores, tum quia ipse Mastrius alia in distinctionem expresse non adfert, nam dicere: quòd haec alteret tantum potentiam perceptivam, falsum est, quia, etiam secundum ipsum, appetitus & voluntatis motus non alterant potentiam ad sui perceptionem;

F. Amandi Her mann Logica.

DICO I. Divisio qualitatis in praedicta

membra ab Aristotele facta adaequata est ita ut nulla detur qualitas, quae sub illis non continetur. Haec est satis communis: & Probatur cum Pontio: Quia nulla datur qualitas nisi sensibilis, vel insensibilis per aliquem sensum externum, si est sensibilis & hoc vel per se, & directe & spectat ad tertiam speciem qualitatis; si verò per accidens & spectat ad quartam speciem & hoc indirectè, & secundum unam rationem, directe & secundum alteram rationem ad praedicamentum ad aliquid: Si est qualitas nullo sensu externo perceptibilis & est realis, aut est innata, & sic spectat ad secundam speciem, aut non est innata, & sic spectat ad primam speciem, sed nulla alia est assignabilis qualitas, quae realis esset, ergò adaequatè dividitur in praedicta membra; Unde si quis vellet eas singulatim ad suas classes redigere & collocare, sub habitu repone-re posset omnes habitus potentialium, sive ii naturales sint, sive non, quia omnes sunt difficultè mobiles, sive sint intensi item characteres sacramentales si teneatur, ut probabile ju-

VI.
Divisio illa
bona est &
adaequata.

G g dicit

dicat Scotus, quod sit qualitas absoluta, item omnes species intelligibiles & sensibiles firmiter impressæ, quales maximè sunt phantastica: Sub dispositione verò collocari possunt inprimis omnes actus potentiarum species remissa & faciliter mobiles, sive internæ sint, sive externæ, item frigiditas, caliditas, sanitas, ægritudo & his similia, ut ipse insinuat Aristoteles, et si sunt veræ aliquæ qualitates, quod non essent sanitas & ægritudo qualitates, sed potius aggregatio ex debitâ & indebitâ membrorum proportionem, tunc non esset dicendum: ens spectare ad hanc speciem directè, sed vel ad nullam, vel indirectè ad quartam. Sub naturali potentiâ & inpotentiâ omnes facultates sequentes connaturalitèr potentias activas, dummodò non sint identificatæ, sive postea intensæ sint, sive remissæ. In tertiâ specie sub passione omnis qualitas sensibilis sensu externo, ut citò transiens, ut rubedo ex verecundiâ, pallor ex timore; sub patibili verò qualitates eadem diu durantes. Sub quartâ deniq; specie quomodocunq; seu directè, seu indirectè ponuntur omnes formæ & figuræ. Sed

VII.

Opponitur Authoritas Aristotelis 7.

Phys. cap. 2. *rarum & densum, asperum & lene* spectare ad tertiam speciem qualitatis, juxta doctrinam à se traditam lib. 2. de gratioso c. 2. ubi ait: hæc sentire sensu tactûs, sed asperum & lene &c. non continentur in præallegatis membris; ergò non est adæquata divisio omnes qualitatum species complectens. R. ipsum Philosophum mentem suam explicare hic de qualit. t. 40. his verbis: Rarum autem & densum asperum & lene, quæ quidem significare videntur, à qualitatis tamen divisione remota esse, videntur enim potius partium positionem significare: ubi clarè innuit, illa nomina non significare aliquam formam de prædicamento qualitatis distinctam ab ipsis rebus, quæ sunt raræ densæ, sed solum certum situm partium de prædicamento sitûs, ita scilicet, quod rarum dicat partes corporis, cum quâdam distantia densum cum intimâ præsentia; item asperum dicat scabritiam, seu quandam inæqualitatem in situ, ita quod aliquæ partes magis proemineant aliis, lene verò e contra. Unde

VIII.

Dico 2. Prædicta divisio non est generis in

Divisio data non est generis in specie.

species propriè dictas. Hæc est Doctoris 4. d. 6. q. 10. n. 14. & q. 36. ubi dicit sic: Potest dici quod Aristoteles non assignat species qualitatis &c. Item est ipsemet Aristotelis, nam postquam prædictas species enumerasset, inquit: Et fortasse quidam alii apparent qualitatis modi, sed qui maximè dicuntur sunt hi: ubi notantèr dicit: quod enumeratæ species sint tantum qualitatis modi, non verò quod sint aliquæ species propriè dictæ. Plures species non subalternæ prædicari non possunt de se invicem,

nec res unius speciei potest esse alterius speciei, sed præallegata membra possunt de se invicem prædicari, & res unius speciei potest esse etiam alterius speciei; ergò divisio in illa membra non est divisio generis in species propriè dictas. Probat minor, quia calor in quantum est in igne, est naturalis potentia, in aquâ pertinet ad primam speciem, & in quantum immutat tactum, pertinet ad tertiam; ergò una eademque qualitas potest esse in diversis speciebus. Unde secundum meum videri Qualitas, prout est supremum genus primâ sui divisione dividi posse in naturalem & supernaturalem; naturalis in materialem & spiritualementem; materialis in simplicem & mixtam; mixta in vitalem & non vitalem; vitalis in habitus & actus; non vitalis in sensibilem & non sensibilem & hæc in sua inferiora & qualibet species divisiva in propria membra, consule arborem positam post prædicamentum substantiæ.

Quæres, quæ nam sint proprietates

Qualitatis? R. Tres esse: Prima est, quam assignat Philosophus, habere contrarium; Quæ sic intelligenda est, quod habeat formam positivam, absolutam, sibi oppositam, talitèr ut altera aliam mutò expellat, ab eodem subjecto inhesionis; addidi notantèr absolutam, quia aliàs unum ubi, est contrarium alteri ubi, dixi à subjecto inhesionis propter formas substantiales, quæ se quidem expellunt ab eodem subjecto, cum quo faciunt unum per se, ratione incapacitatis subjecti, ita quod non possint duæ esse connaturalitèr simul, illud subjectum tamen informationis non inhesionis. Nihilominus ista proprietas non est ita universalis, ut omnino omnibus conveniret, quia lumen non habet hoc modo contrarium, nec species sensibiles & intelligibiles, nec qualitates supernaturales. Secunda est suscipere magis & minus, seu posse intendi & remitti; Attamen licet hæc vocetur communiter proprietas, non videtur tamen omnibus competere, quia unus actus intellectus non videtur suscipere posse intensionem, nec characterem, nec etiam soli, quia una actio videtur posse esse intensior & remissior alterâ, imò ipse Aristoteles asserit: non videri competere omni & soli. Tertia est, quod secundum qualitates res dicantur sibi similes & dissimiles, quod intelligendum est de similitudine propriè dictâ, quia generalitèr loquendo res omnes habentes inter se convenientiam, vel disconvenientiam, in quocunq; genere illam habeant, possunt dici similes, vel dissimiles, quomodò verò aliqua sint sibi similia, vel dissimilia, sciri non potest, nisi prius sciatur, quid sit formalis ratio similitudinis; nec sciri potest, ista iterum nisi sciatur, quid sit relatio? & ut hæc sciatur sit.

DISPUTATIO VI. DE RELATIONE.

DE Relatione agit Philosophus, tam in Metaphysicâ, quem sequuntur etiam Authores Classici, tam hic tam ibi, tantâ tamen inter se diversitate, ut vix sit aliqua materia, tam acriter & tam fuse inter se concertent, licet relatio ipsa in se sit res valde exigua & minuta, cum tamen ejus cognitio sit plurimum necessaria, ad cognoscenda alia, quæ Philosophus tractare solet & debet, à me quoque, non ita certè erit prætermittenda, eò vel maxime, quia Doctor relationibus est referentissimus, unde sit

QUÆSTIO I.

Quid & quotuplex sit Relatio?

I. **S**uppono certissimum esse, dari relationes, ita ut oppositum asserere, error sit Philosophicus, idq; fat temerarius, quia contra omnium Authorum sensum id adstrueret; nam cum fide credatur, dari relationes, in divinis non videtur, quomodo in creatis negari possit, nam nec ex perfectione nec ex imperfectione id deduceretur; non quidem ex perfectione, quia in creatis plura sunt, quæ sunt relationibus multò perfectiora, ut substantia & omnia entia absoluta; nec ex imperfectione, nam cum in Deo inveniantur, qui alioquin perfectissimus est omnem omnino excludens imperfectionem, cur in creatis, ergò negarentur, cum hæc denominentur; multa etiam verè Pater, verè Filius, quamvis in divinis ob incapacitatem accidentium sint substantiales, hoc etenim non oritur ex ratione relationis, sed ex hæc ratione divinâ; dicere autem nullam esse necessitatem, falsum est asserere, quia maxima necessitas est, ex eo quòd multa non possumus intelligere, nisi per ordinem ad aliud, non possumus enim intelligere Filium, nisi substantiam ejus referamus ad aliud, sed hoc est relationem; ergò temerarium esset eas negare. Itaq; quo ad primam partem

lationis, relativa, & etiam correlativa, imò etiam fundamentum remotum, extrema quidem dicuntur, quia inter illa versatur relatio, quasi inter suos fines: relativa verò appellantur & correlativa; relativa quidem, quia unum refertur ad aliud, quæ à Philosopho describuntur, quòd sint illa, quorum esse est ad aliquid seu ad aliud aliquomodo se habere, ubi secundum posteriorem partem tantum recipitur, quia ad priorem non sufficienter explicat naturam relationis, ut distinguitur ab absolutis, quia etiam absoluta sunt ad aliquid, quia sunt ad se, nisi velis dicere, ad aliquid semper supponere ly aliud. Correlativa dicuntur ea, quæ ad se invicem mutuò referuntur: ut Pater & Filius, nam Pater dicit ordinem ad filium & filius ad Patrem, quare relatio quæ intercedit inter hujusmodi extrema, vocatur correlatio, quæ inter priora simpliciter relatio. Fundamentum deniq; remotum ominatur ad distinctionem fundamenti proximi, quæ est ratio fundandi relationem; Ratio autem fundandi seu fundamentum proximum dicitur, quia causa proxima, cur rosa A referatur ad Rosam B. & ista causa ordinariè est aliquod accidens distinctum, repertum in utroq; extremo, verbi gratiâ: albedo subjectata in rosa A est causa, quare referatur ad rosam B. quæ similiter in se habet albedinem tanquam accidens aliquod distinctum undè albedo in unâ rosâ est fundamentum proximum, & in alterâ est terminus propinquus, quatenus est una specie albedo in utraq; rosâ, ita ut quòd plures sunt in aliquibus extremis tales rationes, eò plures in ipsis fundari possint relationes, verbi gratiâ: in rosâ A & B præter albedinem est quantitas, eadem vel diversa, & sic penes relationem similitudinis fundant quoq; relationem æqualitatis vel inæqualitatis.

Notandum ulterius, quòd ad relationem realem requiratur, ut ejus extrema sint realia, itèm, quòd sint realiter distincta; tertio, quòd ex naturâ illorum extremorum scilicet fundamenti & termini sequatur relatio, ubi per ly ex naturâ rei non intelligitur aliud, quàm quòd citra omnem fictionem intellectus, vel operationem alicujus potentie potentis cognoscere vel comparare resultet: quarto, quòd illa extrema realia sint actu existentia. Has condiciones proponit Doctor 1. d. 32. q. un. n. 2. & quidem quoad priores tres expressè, ad posteriorem verò implicite, quia ex eo, quòd agat de relationibus divinis, ubi certum est, extrema debere esse actu existentia, alioquin si hoc non requirantur, sequitur, quòd inter ma-

III.
Extrema debent esse realia & distincta &c.

II. **R**elatio secundum etymon, tam latinum quàm græcum, quod est *ῥελοειν*, aliud non significat quàm referentiam unius ad aliud, respectum ordinem seu habitudinem ad aliud, & ipse Aristoteles loquitur: *ad aliud* ita, ut generatiori acceptione, prout præscindit à reali & rationis definiti possit, quòd sit formalis ratio, quæ unum respicit aliud. Mihi tamen per totam disputationem sermo tantum erit de relatione reali, ad quam universaliter duo requiruntur: esse *In*, & esse *Ad*; per esse *In* cum aliis accidentibus, quia omnibus competit esse *In*, sub diversâ ratione, ita nempe ut absolutorum esse *In*, sit *radicale*, in respectivis, *actuale*; per esse *Ad*, distinguitur simpliciter ab absolutis, quæ non ad aliud, sed ad se dicuntur: hinc ad relationem tria requiruntur: Scilicet, fundamentum, terminus, & ratio fundandi eam, seu ratio referendi. Per esse *In* denotatur fundamentum, per esse *Ad* terminus, fundamentum est illud, quod formaliter ad aliud refertur, illud verò ad quod refertur, dicitur terminus. Exempli gratiâ: Rosa A dicitur, fundamentum relationis quia est illud quod refertur ad rosam B. qui idcirco vocatur terminus, alio nomine vocatur fundamentum & terminus extrema re-

F. Amandi Hermann Logica.

teriam & formam dari possit unio, licet forma non existeret. Nec de his conditionibus potest ulla esse difficultas, præterquam de secundâ propter verbum Doctoris, qui non obscure videtur asserere, quod idem ad se ipsum dicere possit relationem & exemplificat de intellectu, qui producit intellectionem & etiam eam recipit in se ipso; adeoq; dicit relationem ad se ipsum velut ad producentem & recipientem, sed intelligendus est Doctor in sano sensu, ita quod solum intendat, quod hæ relationis productionis & receptionis habeant idem fundamentum & terminum remotum, quod est eadem una res, non verò, quod sit idem fundamentum & terminus proximus, qui est productio & receptio pro formali, quæ est ratio agentis & passivi, adeoq; sunt distincta, quod inde magis patet ex eo, quod intellectus possit habere rationem recipientis, non habendo rationem producentis, casu quo Deus in intellectu poneret sine ejus concursu aliquam intellectionem; hinc quando etiam dicit idem agere in seipsum, intelligendus est de eadem re secundum suam entitatem absolutam, abstractendo à ratione agentis & patientis, quæ in viâ Scotistarum distinguuntur realiter. Hæc quoque primam partem dicta sufficiant, licet non fuerit data definitio relationis, prout hoc constituit prædicamentum, id non obest, prius etenim generalior ratio erat explicanda, sicut etiam pro secundâ parte non statim adferam divisionem relationis prædicamentalis, sed generalioris reservando divisionem prædicamentalem, usque dum egero de supremo genere hujus prædicamenti. Itaq;

Relatio ut supra descripta est prima sui divisione dividitur in *realem & relationis*. Rationis est, quæ fit per operationem intellectus fingentis, aut alterius potentie potentis cognoscere & comparare ita, ut ejus esse aliud non sit, quam objectum sine capacitate realis essentia & existentia, purum dico ens rationis, verbi gratia, similitudo inter duos hircocervos. Realis contra, quæ habet esse præter fictionem intellectus. Realis iterum subdividitur in infinitam & finitam; prior est relatio originis in divinis, de qua agunt fusè Theologi, finita est omnis creata. Quæ iterum partitur in eam, quæ est secundum esse, & secundum dici; circa explanationem earum multum diversificant inter se Authores, de nomine potius contententes, quam de re; inter omnes melior mihi videtur, quam adfert noster Major. 1. d. 19. q. 1. art. 3. Quod videlicet relatio secundum esse sit illa, cujus totum esse formaliter & principaliter est esse ad aliud, ut sic intercedat inter ea relativa, quæ sunt essentialiter relativa, ut Filius & Pater, melius & pejus &c. Relatio verò secundum dici, sit illa, quam importat aliqua res secundario, quæ de se tamen est, pro constituto entitas absoluta ita, quod pro principali significato nulli accidit, undè scientia, cognitio, & omnes actus vitales, vocantur relativa, secundum dici, quia, licet secundum suam entitatem absolutam sint qualitates, dicunt tamen tendentiam & ordinem aliquem ad subjectum & objectum, & idcirco vocantur relationes, secundum dici;

IV.
Relatio dividitur in realem & relationis.

hinc Relatio dividitur etiam in mutuum & non mutuum; mutua est, quæ refert fundamentum ad terminum, in quo termino est iterum alia correlatio, quæ vicissim refert terminum priorem, veluti fundamentum ad prius fundamentum, veluti ad terminum; non mutua est, cui non sic correspondet alia correlatio in altero extremo.

Magis Famosè, & ad præsens institutum relatio dividitur in *transcendentalem & prædicamentalem*; In quâ explicandâ plurimum deficiunt Authores, nam Cajet. in lib. de ente & essent. cap. 7. q. 15. Connimb. Fonseca, Malus & alii dicunt: quod relatio transcendentis in eo differat à prædicamentali, ex eo, quod transcendentis respiciat terminum, non ut purè terminum, sed etiam tanquam sui aliquo modo ita, ut terminus aliqualem causalitatem exerceat, vel illud producendo, vel amando, vel cognoscendo, vel uniendo, vel recipiendo, vel actuando &c. Prædicamentalis verò respiciat terminum, sub ratione puri termini, nihil circa ipsum producendo. Verumtamen hoc falsum est, quia paternitas respectu filii, est vera relatio prædicamentalis, & tamen filiatio non respicit Patrem, non purè sub ratione termini, sed etiam causæ, nec refert, quod non respiciat Patrem ut formaliter causantem, per paternitatem, sed per actionem; quia etiam actio est relatio prædicamentalis, quoniam hic non accipio relationem prædicamentalem, pro eâ præcisè, quæ hoc constituunt prædicamentum, quod in ordine quartum est, sed etiam prout comprehendit cætera sex ultima: Imò Relatio dependentiæ creaturæ ad Deum, est transcendentis, & tamen hæc nihil producit, vel efficit in termino, ut quia creatura nullum munus exerceat circa Deum, sed veluti purum terminum. Arriaga verò distinguit relationem prædicamentalem à transcendentali, per hoc, quod transcendentis sit adæquatè subjecto, vel fundamento identificata; prædicamentalis verò non; Aversa autem dicit relationem transcendentalem esse de essentia rei relatæ, prædicamentalis minimè; Verumtamen hoc falsum est, quia nihil respectivum potest esse de essentia alicujus absoluti, ut patet ex sepe dictis. Quare omisissis pluribus aliorum explanationibus

DICES I. Relationes transcendentales eæ sunt, quæ fundamentis suis non accidunt, sed sunt idem cum ipsis non essentialiter, sed realiter, adeoq; inseparabiles, sive sint actuales, sive spirituales. Contra verò prædicamentales, quæ cum subjecto idem non sunt, sed separabiliter accidunt. Ita Scotistæ communiter Majorius, Maltrius &c. Probatum tamen ex refutatione priorum dicendi modorum, tum, quia congruentius explicari nequeunt, utpote quæ naturam cujusunque bene manifestant. Dicitur, quod sine eæ, quæ fundamentis non accidunt, per quod principaliter distinguuntur à prædicamentali, quæ est accidens à fundamento distinctum; nam accidit albo quod sit simile alicui alteri, dicuntur identificata subjecto realiter, non essentialiter, quia essentiam ejus non ingrediuntur, sicut nullum, respectu-

V.
Secundum in
transcendentem
et
prædicamentalem

VII.
Prædicamentalem

VII.
Prædicamentalem
transcendentem
et
prædicamentalem

respectivum ingreditur rationem formalem alicujus absoluti; quod autem identificentur realiter, exinde patet, quia implicat fundamentum esse sine illis, hæc tamem identificatione non obstante, adhuc distinguuntur formaliter ab eis, quia si dependentia creaturæ nullo modo ab eâ distingueretur, deberet in ejus definitione poni, & sic in definitione hominis & lapidis esse deberet, quia definitio essentialis debet continere quid, quid est de essentia definiti, sed quod identificatur alicui essentialiter, est de essentia ejus, ergo. Dicitur etiam, siue actualiter fuerint, siue aptitudinales, ut est relatio dependentiæ creaturæ ad Deum est actualis; aptitudinales dicuntur omnes illæ, quando res, vel potentia dicit aliquem respectum aptitudinalem, seu quod facere, vel aliquid agere & producere possit. Hinc e contrario definitio relationem prædicamentalem &

DICO 2. Relatio prædicamentalis bene describitur, ut hoc quartum constituit prædicamentum: Quod sit accidens intrinsecus adveniens, cujus totum esse est ad aliud se habere, id est, cujus totum esse consistit in actuali ordinatione alicujus realiter distincti, ad aliud realiter distinctum. Ita Pontius. Patet quia ejus natura sufficientissimè explicatur, ita ut per hanc distingatur ab omnibus aliis. Dicitur itaq; Accidens, per quod convenit cum aliis omnibus accidentibus, tam absolutis, quam respectivis, & distinguitur à relationibus substantialibus divinis, & omnibus illis, quæ subjectis & fundamentis realiter identificantur, quia cum non sint natæ aptæ inhærere per se alteri, veluti in subjecto inhærentis, nec sint separabiles, non sunt accidentia prædicamentalia. Dicitur reale, ut excludantur relationes rationis; dicitur intrinsecus adveniens, ut excludantur relationes extrinsecus advenientes, qualia sunt sex ultima prædicamenta (de hæc divisione in tacta membra mox infra agam;) dicitur cujus totum esse, ut excludantur accidentia realia absoluta, utque significetur, quod non possint existere, nisi ordinent actualiter unum ad aliud, sicut similitudo non habet aliud munus, quam facere aliquid actum simile alteri.

Celeberrima Divisio, quæ hic examinanda adhuc occurrit, est, quæ Relatio prædicamentalis non descripta, sed prout est quid superius, ad ultima septem prædicamenta, dividitur in *Relationem extrinsecus advenientem & intrinsecus advenientem*. Relatio extrinsecus adveniens dicitur ea, quæ resultat ex naturâ extremorum positæ præcisè extremis, & ratione fundandi absq; eo, quod concurrat aliquid aliud extrinsecum agens. Econtrâ verò, Relatio extrinsecus adveniens, ea appellatur, quæ positæ fundamento, & termino, ac ratione fundandi, non immediatè resultat, sed plerumq; exigit actionem alicujus extrinseci agentis, ad ipsam terminatam, quod adveniens non pertinet ad ipsam extremorum naturam, & talis est actio, verbi gratiâ, & lex ultima prædicamentalis, quia actio non eo ipso quod sit principium activum & passivum, confurgit & resultat, sed necessaria est applicatio inter utrumq; ; Difficultas tamèn est inter Thomistas Recentiores, & Scotistas, num detur talis divisio Relationis,

in membra allegata & explicata? Nam Thomista & plurimi Recentiores, ut Hervæus, Hurtadus Soto, Aversa, Suarez Ruvius, Arriaga, hanc divisionem omninò de medio tollere conantur; econtrâ verò tota subtilium Schola, acerrimè propugnat datam divisionem; Scholam Scoti sequuntur plures extranei, ut Paulus venetus, Cammerarius Lovanienses, &c. Ego quidem fateor, rem hanc omninò esse difficilem. Et licet in Scoto mox citando frequenter insinuetur, videtur tamèn manere problematicus & sensum communiorem sequi, loquendo ex suppositione communioris & ordinariæ sententiæ, de numero & distinctione prædicamentorum. Unde

DICO 3. Potest quilibet Scotista salvâ Doctoris autoritate, negare distinctionem, seu divisionem relationis in intrinsecus advenientem, & extrinsecus advenientem. Hæc est nova in terminis, in re videtur mihi mens Doctoris, unde ejus autoritate probatur, simul ac ratione. Potest quilibet Scotista, salvâ autoritate Scoti, admittere multiplicatam & distinctionem decem prædicamentorum, & non admittere; ergo potest etiam admittere divisionem.

Relationis in intrinsecus & extrinsecus advenientem, probatur consequentia; divisio relationis in specificata membra pendet à numero & distinctione prædicamentorum, sed salvâ autoritate Scoti possunt admitti plura vel pauciora prædicamenta, eaque non distincta; ergo etiam salvâ autoritate Scoti admittere vel negare divisionem in relationem extrinsecus advenientem & intrinsecus;

Probatur ma. ex ipso Doctoris quolibeto 11. à numero 13. & seq. hæc habet in terminis: *Hic dici potest, quod, si secundum communiter dicta salvanda sit distinctio decem generum, & per consequens sex genera ultima non contineantur sub genere relationis, cum non appareat, quod importent formas absolutas, nec simul importent absolutum & respectivum, consequens est, dicere, quod sint essentialiter respectus, nec tamen de genere; relationis igitur oportet distinguere, inter respectum & respectum, &c.* ergo divisio in tacta membra dependet à numero, & multitudine, ac distinctione prædicamentorum. Probatur etiam minor principalis ex supra dictis; ubi stando rationi, salvâ autoritate Scoti dixi, plura vel pauciora admitti posse prædicamenta, si ergo admitterentur, tantum quatuor gratis divideretur relatio in illa membra, tanquam genere prædicamentali distincta.

Dices: Scotus tùm in tertio, tùm in quarto frequenter admittit & insinuat divisionem & distinctionem relationis, in intrinsecus & extrinsecus advenientem, etiam independentè à numero & distinctione prædicamentorum, sed tunc non posset explicari, quidnam intelligeret per eas? ergo salvâ autoritate Scoti, non potest Scotista negare illam divisionem. R. permittendo transire majorem, quia etiam falsè assumitur, quod Scotus illius divisionis mentionem faciat, independentè à numero & distinctione prædicamentorum; nam licet ibi non repetat, cum communi supponit

Gg 3 sic

IX.
Potest à Scotista negari prædicta divisio.

X.

fic de aliis frequentè, negando mi. quia faciliiori negotio, & sine tot tricis & difficultatibus dici posset, quòd Scotus intelligat per relationem intrinsecus advenientem, intrinsecè identificatam suo fundamento, quales sunt omnes relationes transcendentales inseparabiles, per extrinsecus verò advenientem intelligerem eas, quæ sunt fundamento extrinseca & accidentia, quæ omnia constituerent unum prædicamentum, quod vocatur prædicamentum accidentis respectivi, & sic nullæ possent salvari & vitari difficultates.

XI.
describuntur
relationes ex
& intrinse-
cus advenien-
tes.

DICO 4. Si dantur relationes, extrinsecus & intrinsecus advenientes, bene explicantur per hoc, quòd dicatur intrinsecus advenientem esse eam, quæ posito fundamento & termino, simul cum ratione fundandi resultat; extrinsecus verò adveniens, quæ non sic resultat, sed posulat aliquid extrinsecum agens, ut sequatur. Hæc sequitur ex priori, quantum ad particulam conditionalem, quantum ad explicationem est Scoti & Scotistarum communiter, & probatur breviter, quia si dantur tales relationes, non possunt melius explicari, quàm per dicta; ergò probatur: quia per eam distinguuntur a se invicem, & ab omnibus aliis. Sed manendo in communi viâ Scotistarum ne conceptuum turbetur ordo.

XII.
Dantur tales
relationes.

DICO 5. Dantur Relationes extrinsecus & intrinsecus advenientes, secundum explicationem proximè datam. Hæc est communis Scotistarum post Scotum opinio, quamvis reverà problematicus sit, nec nisi ex mente Philosophi hoc determinet.

Probatur Conclusio. Quia etiam secundum Adversarios datur unio inter materiam & formam, quæ est aliquid reale distinctum ab illis, sed illa unio est huiusmodi respectus; ergò majorem usq; ad Physicam suppono. Probatur mi. quia est aliquid reale, cuius totum esse consistit in actuali ordinatione unius ad aliud; ergò est respectus, sed non intrinsecus adveniens, quia nihil præsupponit ex parte extremorum, ex quo necessariò sequatur, quia possunt illa extrema existere, absq; eo, quòd haberent illam unionem, nec etiam est respectus transcendentalis, cum nullum sit absolutum assignabile, cui identificetur; ergò est respectus extrinsecus adveniens & consequenter datur talis. Confirmatur, quia eodem modo, quo Adversarii dicere possunt unionem esse, quid absolutum dicens, respectum transcendentalem eodem modo posset quis diceret? quòd similitudo esset respectus aliquis transcendentalis, sed hoc est contra ipsos Adversarios; ergò & illud.

XIII.
Hæc mem-
bra non coin-
cidunt simul.

Arguitur. Contra hanc Conclusionem: Nihil bene dividitur in membra, quæ ad se invicem coincidere possint, sed hæc membra relationis ad se invicem coincidunt; ergò malè dividitur relatio in intrinsecus & extrinsecus advenientem: probatur mi. Intrinsecus adveniens est, quæ posito fundamento & termino necessariò resultat, extrinsecus, quæ non sic resultat. Sed ista duo coincidunt; ergò: probatur mi. vel intelligunt Scotistæ per ly, posito fundamento & termino, remotum fundamen-

tum & terminum vel proximum, quidquid dicunt, est contra ipsos; ergò probatur mi. si intelligunt terminum & fundamentum remotum, tunc nec resultat relatio inter rosam A & rosam, B. æque ac non resultat unio, posita materiâ & formâ quomodocunq;: si intelligunt fundamentum & terminum proximum, videlicet albedinem, verbi gratiâ, quare duæ rosæ referantur ad se invicem? quia est ratio fundandi, tunc posita formâ & materiâ debite approximata necessariò resultat unio; ergò, quoad omnia coincidunt & consequenter non bene dividitur in dicta membra, & negando mi. cum minori suæ probationis, ad cuius probationem dico, quod per fundamentum & terminum intelligam fundamentum & terminum proximum, & non remotum quando; ergò dicitur in contra, quod posito fundamento & termino proximo, etiam necessariò resultat relatio, extrinsecus adveniens, tunc nego simpliciter, quia licet connaturaliter soleat sequi unio, id tamen non contingit necessariò, quin possit à Deo impediri, imò etiam naturaliter etiam posita approximatione agentis & objecti, non necessariò sequitur actio, ut patet de voluntate, quæ potest habere objectum propositum debet absque eo, quòd necessariò agat, in aliis verò Deus impediri potest, nam potest Deus intimâ præfentiâ applicare materiam & formam, absq; eo quod uniantur; item agens & possum debitum approximatum ab eo, quod confurgat actio, ut patet de igne Babylonico; deniq; certum est, si habitus intimè esset corpori præfens, etiam penetrativè, quòd non resultaret relatio habitus, nisi servatâ debitâ coordinatione vestim ad vestitum, unde in his semper requiritur actio aliqua extrinseca, illa uniens, applicans, determinans cum ipso generali Dei concursu; in relationibus verò intrinsecus advenientibus nulla actio, vel particularis aut generalis concursus requiritur, propter fundamentum, terminum & rationem fundandi, quibus positis, necessariò consequitur relatio, ita quòd Deus non possit eam impedire.

Instatur. Inter Patrem & Filium est etiam, secundum Scotistas, relatio intrinsecus adveniens, sed hæc non necessariò resultat, posito fundamento & termino, idem inter Dominum & servum, ubi unus ac alter existere possit absq; eo, quòd confurgat relatio, sed ad istas tam bene requiritur actio extrinseca, sicut ad ubi; ergò etiam relationes intrinsecæ non necessariò resultant, sed petunt adhuc aliquam extrinsecam causam, sed R. concedendo inter Patrem & Filium esse relationes intrinsecus advenientes, sicut etiam inter Dominum & servum, sed nego, quòd ad eas requiratur actio eodem modo, sicut requiritur ad ubi; ad Patrem etenim & ad filium requiritur actio, veluti conditio; ad ubi verò & ad alias relationes extrinsecus advenientes requiritur actio, veluti causa vel effectus, unde in Patre & Filio manet illa relatio intrinsecus adveniens, ab actione præteritâ, quæ fuit in homine generante & terminata ad hominem genitum, quâ posita veluti conditione, nunquam amplius impediri potest, quamvis poterat impediri, ut fieret actio, quæ est

est de genere relationum extrinsecus advenientium.

Urgetur. Si requiritur, & sufficit ad hoc, ut filius semper dicat relationem ad Patrem, quod semel actio fuerit posita, veluti conditio sequeretur, quod etiam in servo, sic sufficeret cum sit etiam intrinsecus adveniens, sicuti est relatio Patris ad filium, sed hoc non sufficit in Domino & servo; ergo nec in patre & filio, & consequenter actio non requiritur ad Patrem, veluti conditio tantum. Probatur mihi quia frequenter definit relatio inter servum & Dominum, ut si Titius pacifiscatur cum Mevio Domino, quod ei velit servire per septennium, eo elapso, cessat servitus, licet maneat, quod fuerit ille actus pacti de serviendo; ergo. **3.** dist. ant. probationis mi. si servitus sit voluntaria & temporanea, concedo ant. si fuerit abfoluta & naturalis, nego ant. talis autem non datur inter homines respectu sui invicem; unde in eo casu non est mirum, quod definit servitus, quia pactum & actio illa, qua simul pacti fuerant, non erat, nisi ad tempus determinatum, quo elapso evanescit relatio, quia ratio non ultra se extendit, quo posito, non modo potest esse non servus, tantum & liber sed & Dominus; si per virtutem in Communitate evadat, sicut licet aliquis fuerit filius, & talis sit hoc non obstante parens esse potest; unde magna est disparitas inter actionem supra quam fundatur paternitas ad filiationem, quam supra Dominum ad servum, quia illa naturalis est, illa tantum moralis, manens tantum tamdiu, quamdiu manet moraliter actus voluntatis, & quocumq; se extendebat, qui, quia ad brevius vel longius se poterat extendere tempus, ideo breviori & longiori tempore durare potest, non sic dependet actio Patris ad filium, in arbitrario actu voluntatis, sed ex naturae necessitate. Denique dici posset, quod denominatio servi oporteret tantum ius, qui actu serviunt.

QUESTIO II.

An Relatio sit accidens ab extremis re ipsa realiter distinctum?

In priori quaestione examinavi quidem quid sit relatio? supponendo tanquam certum illam dari, & quamvis, sicut ibi dixi, receptissimum sit, quod dentes, controversissimum tamen est inter Authores, an sint formae accidentales ab extrinsecis distinctae? an vero sint ipsae res secundum suas entitates? Circa quam materiam tres sunt diversae omnino sententiae: Prima suam originem habet à Nominibus, qui dicunt relationem, aliud formaliter non esse quam fundamentum & terminum, quorum utrumq; directe, & ex aequo includatur, ita ut aliud non importent fundamentum & terminus, quam coexistentia duorum, verbi gratia, alborum, paternitatum, unde dicunt, quod similitudo inter duas rosas, aliud non sit, praeter ipsas duas rosas, & relatio Paternitatis inter Petrum respectu Pauli, aliud non sit, quam Petrum & Paulum, cum actione generativa; E contra vero dissimilitudo aliud non est, quam existentia & combinatio albi & nigri: Ita Occhamus, qui vel invenit eam, vel primus

sequutus est, ita ut in 1. d. 30. q. 2. sic inquit: Si quis vellet relinquere auctoritatem omnium, negare posset relationem, & dicere: nihil aliud esse, quam entitatem fundamenti & termini; ex quibus verbis P. Comptonius duo deducit: primò hanc sententiam esse contra omnium opinionem; secundò, quod eam amplectentes, quidquid verbis jactitent, in rei veritate tamen omnem tollere relationem: Occhamus sequuntur Gregorius, Gabriel, Marfilus, Aureolus, Hurtado, Arriaga, Oviedo &c. Quam sententiam aliqui limitant sic: quod scilicet Relatio aliud non sit praeter fundamentum terminum, hæc tamen differentia, ut in recto importetur fundamentum, & in obliquo respiciat terminum. Secunda sententia est, quæ dicit Relationes esse quidem formas accidentales rebus ipsis insidentes, attamen negat quod sint actu distinctae à rebus, sed solum ratione; Ita Alensis Henricus Sconcas &c. Tertia denique sententia est Scoti 2. d. 1. q. 4. à numero 5. usque ad 17. D. Thomæ 1. p. q. 28. art. 2. ad 2. 4. contra Gentiles cap. 14. art. 1. quos sequuntur, praeter suos Cajet, Ferrarientis, Fonseca, Bannes, Conimb. Morfia. Ita ut auctoritate sit celeberrima & maximè peripathetica, quæ proinde dicit: Relationem esse veram formam accidentalem superadditam rebus & re ipsa à rebus distinctam. Hanc sententiam, praeterquam quod Paternitatem & filiationem simpliciter allerat esse accidentia superaddita, tenet etiam Comptonius dicens: si duæ albedines sunt sibi similes per Relationem, eam necessario esse quid superadditam; quamvis postea dicat, non videri in similitudine necessariam, ut duo dicantur sibi familia relationem. Pro Intelligentiâ ergo dicendorum notandum ex dictis: Quod ea distinguantur realiter, quorum unum in rerum naturâ potest esse, sine altero, quo factò

DICO I. Relatio prædicamentalis non est solâ duorum coexistentia & combinatio. Hæc est contra primam sententiam.

II. Relatio non est tantum duorum coexistentia.

Probatur primò. Quidquid constituitur in aliquo prædicamento determinato, directe debet esse unum per se; sed relatio ponitur directe in prædicamento ad aliquid, imò est illius supremum genus; ergo debet esse unum per se, sed combinatio duorum, verbi gratia, alborum non est unum per se; ergo relatio non est coexistentia & combinatio duorum; probatur subsumptum: quia illa duo extrema frequentissimè & ordinariè sunt entia completa ejusdem, vel diversorum prædicamentorum, sed ex rebus ejusdem prædicamenti, vel diversorum completis, non resultat unum per se, ergo: probatur ma. quia sunt, vel duo alba, vel est substantia; unum aliquando, & aliquando alterum accidens, ergo.

Probatur Conclusio secundò. **III.** Relatio est essentialiter ad aliud, sed illa duo extrema non sunt ad aliud; ergo illa duo extrema non sunt formaliter relatio, quia illud ad quod sunt, aut sunt ipsa duo, aut unum ipsorum, aut aliquid extra ipsa, neutrum dici potest; ergo: probatur mi. quoad singulas partes non ipsa duo, quia unumquodq; eorum est ad se, quia nullum est aliud à seipso; nec est etiam illud

illud ad aliud alterum ipsorum, ob eandem rationem, quia illud extremum, ad quod ambo sunt, non est ad aliud, sed ad se; probatur denique, quod nec ad aliquid extrai ipsa, quia ad relationem sufficienti duo.

IV. Probatur Conclusio tertiò.

Non potest concipi simile ut simile, quin concipiatur aliud extremum, cui dicitur simile; sed hoc idem est, qui dicit ordinem aliquem ad illud extremum, cui dicitur simile, qualem non dicit, ad illud cui est dissimile. Probatur mi. si hoc non esset maximè, id idem contingeret, quia simile diceret utrumque, hoc non est, ergò. Probatur mi. si æq; utrumq; diceret, verè posset de eo predicari, quod esset duo, verbi gratià, alba existentia; probatur sequela, quia hoc album A dicitur simile alteri albo; sed similitudo nihil dicit, nisi illa duo alba; ergò illud album, quod dicitur simile alteri, erit duo alba; Eodem modo, si esse Patrem & Filium aliud non est, quàm duos homines, cum generatione sequeretur, idem profus esse patrem, ac esse Filium; sed hoc est falsum; ergò probatur sequela; Esse patrem nil importat, nisi duos homines cum generatione; sed esse Filium etiam importat duos homines cum generatione; ergò esse patrem idem erit, ac esse Filium; & consequenter, Filius dici poterit nihil aliud esse, quàm duos homines & etiam esse Patrem, nihil aliud importare, quàm duos homines, quæ omnia falsa sunt & Ludicra. Confirmatur Relatio: dicit illa extrema utraque, sed extrema illa sunt duo; ergò relatio similitudinis non erit aliud, quàm ille binarius numerus; sed utrumq; extremum dicit relationem similitudinis; ergò quodlibet extremum erit binarius numerus.

V. Dices: Illa duo alba item, & Patrem & Filium dicere quidem utrumque æqualiter, sed primum in recto & alterum in obliquo; sic quoque esse Patrem, dicit etiam Filium, sed Patrem in recto, Filium in obliquo, & sic non valet dicere, quod idem sint. Sed Contra Titium, verbi gratià, esse Patrem, nihil aliud est, quod Titius dicatur in recto, & Mævius in obliquo, sed hoc idem dicit Mævius, quia Filium aliud est, quàm dicere, Mævium in recto & Titium in obliquo. Ergò idem profus est dicere, esse Patrem, ac esse Filium. Contra 2. Si hoc contingit ex nostro concipiendi modo, tunc possum concipere utrumque in recto, scilicet Titium & Mævium; ergò uterque in recto importabitur, & consequenter nulla solutio.

VI.

Relatio est verum accidens ab extremis distinctum.

Dico 2. Relatio predicamentali est verum accidens, de genere accidentium vere extremis inhaerens, & realiter ab ipsis distinctum. Hæc est in Scholis Realibus communis, quam Scotus, teste Cavello, fuscè tùm autoritatibus, tùm rationibus probat; Et ego etiam eam Probo, primò: autoritate D. Augustini, cap. 8. Categ. ubi dicit: Reliquæ verò Categoriae accidentia sunt, & cap. 10. descripta usq; accidentium definitionem necessariam ordo poscebat. Et lib. 5. Trinit. cap. 5. In rebus creatis (inquit) atq; mutabilibus, quod non secundum substantiam dicitur, restat, ut secundum accidens dicatur, omnia enim accidunt eis, quæ vel amitti possunt, vel mutari, ut magnitudines & qualitates; & quod dicitur ad aliquid, ut amicitia, & propinquitas

res, servitutes, similitudines, æqualitates &c. à quibus accidentibus Sanctus Doctor excludit relationes divinas, quæ non sunt accidentia predicamentalia, dicens: In Deo nihil quidem secundum accidens dicitur, quia in eo nihil mutabile est; nec ratiomen omne, quod dicitur, secundum substantiam dicitur, dicitur enim ad aliquid, sicut ad Filium, & Filius ad Patrem, quod non est accidens; & addit rationem dicens: quia & ille semper Pater, & ille semper Filius, & non ita semper, quasi ex quo natum est Filius, ut ex eo, quod nunquam desinat esse Filius, Pater non desinat esse Pater, sed ex eo, quod semper natum est Filius, nec cepit unquam esse Filius, quod si aliquando esse cepisset, aut aliquando desineret, Filius secundum accidens diceretur. Secundò ex autoritate Aristotelis tam in cap. de Categ. quàm in Metaphys. lib. 5. ubi ex professo eam enumerat tanquàm aliud genus entis, & 10. Met. cap. 5. t. 9. docet. relativam oppositionem esse aliam à contrarià, sed hoc esse falsum, si relationes non essent alterius naturæ ab extremis. Item alibi docet. relationem similitudinis, vel æqualitatis fundari supra unitatem. Ex quo infero: Ergò illa unitas, super quam fundatur similitudo, non est ipsa similitudo pro formali, sed pro fundamentali; ergò relatio pro formali debet esse aliquid superadditum utriusque extremi entitati.

Ex autoritate D. Augustini

duo ego sumo argumenta secundum rationem sic: Probando Conclusionem: In divinis secundum fidem & Augustinum supra dantur relationes; ergò in creatis. Probatur consequentia: Relationis Ratio est communis, tam divinis, quàm creatis; sed in divinis dantur; ergò etiam in creatis. Probatur ma. Si ratio relationis in divinis & creatis non esset communis, id esset, quia in Divinis debet esse, & est substantia; in creatis verò debet esse accidens, sed hæc ratio non est, ergò: probatur mi. Ratio intellectio, volitionis & sapientiæ dicitur esse communis sapientiæ increatæ, & creatæ, licet prior sit substantia, posterior accidens; ergò à pari, licet relatio in divinis sit substantia, in creatis potest esse accidens, quæ majori certè tenet syllogismus probans consequentiam primam entymematis; si enim est ratio communis utrobique, & in Deo datur; ergò etiam in creaturis.

Alteram rationem desumo ex

eadem autoritate D. Augustini dum dicit: Quod si filius aliquando desineret, aut aliquando esse cepisset, secundum accidens diceretur hoc modo: Illud est accidens de genere accidentis, quod advenit enti completo, estq; ab eo separabile; sed relatio est talis; ergò relatio est accidens realiter distinctum à fundamento suo. Probatur mi. (nam major est tùm ex mente D. Augustini, tùm in Scholis receptissima;) probatur (inquam) minor, quod ad primam partem; Quia similitudo, æqualitas, &c. Paternitas, filiatio, adveniunt jam rebus per se constitutis, Probatur etiam quoad alteram partem: Illa sunt separabilia à se invicem, quorum unum potest esse sine altero, sed fundamentum tam remotum, quàm proximum, possunt esse sine relatione, verbi gratià, in pariete vel rosâ, quæ potest

potest esse sine albedine, & albedo sine similitudine, ut si unum tantum album esset in rerum natura, ergo est accidens separabile à fundamento. Probatum mi. de fundamento proximo: Omnis denominatio nova positiva, & realis debet provenire à formâ novâ & reali; sed denominatio similis, quâ denominatur subiectum simile alteri albo subiecto, quod de novo producit, est denominatio nova & realis, nova quidem, quia antecedenter ad productionem alterius albi non erat; realis verò, quia antecedenter ad omnem operationem intellectus vel alterius potentia potentis fingere vel comparare, praterquam quod sit etiam inter extrema realia, ac reali repertâ ratione fundandi, ergo debet esse aliqua forma de novo producta.

Dices: Relationem illam non advenire de novo, quia jam ante praesuit completè, sed tantum non denominat subiectum ex eo, quia defuit conditio, ad actualem denominationem relationis, scilicet terminus; sed hæc Responsio omninò est absurda, nam si illa relatio non advenit, sed jam praesuit completè, sequetur, quod fuerit relatio, sine termino in esse completo, quod est manifestè ridiculum, & captu perdifficillimum. Sequetur secundò, quod aliqua forma possit esse in subiecto absq; eo, quod subiectum denominet, imò non videtur, quomodo postea, posito termino, denominare possit, cum antea non poterat, quod sic probo; quia post positionem termini non magis est in subiecto, quam ante fuerit, sed ante non poterat denominare; ergo nec modò potest, quia terminus est tantum conditio secundum ipsos.

Instabis. Hoc esse proprium effectuum connotativorum, ut non tribuantur à formâ informante subiectum, nisi ponatur id, quod necessariò connotatur, ut patet de visione, quæ licet poneretur in subiecto, non denominaret id, quia hic effectus connotat subiectum vitale; ergo potest esse verè relatio absq; eo, quod denominet subiectum actualitèr.

Sed Resp. neg. consequentiam: disparitas est de connotatis & relativis, quia relatio per se, primò respicit aliud & directè, ut pater filium, connotatum verò indirectè & secundariò ac minus principalitèr, ideò benè in suo esse formali haberi potest, absq; eo, quod actualitèr denominet, nisi ponatur illud, quod connotat, nam concretum album primariò significat formam albedinis, secundariò verò subiectum.

Sed Contra secundò principalitèr: Si relatio, ut denominet subiectum, praesupponeret terminum solum per modum conditionis, sequetur, quod eodem modo licebit dicere: obiectum etiam requiri per modum conditionis, ut potentia, verbi gratiâ, visiva dicatur videns, ita quod non eliciat novum actum, sed jam antea fuisse videntem, sed non habuisse conditionem ad denominandam eam videntem, quod est absurdum. Sed respondendo

Dices: Potest Princeps & Dominus terræ dicere subito delinquenti Titio, nisi Mævius pro te intercesserit, cras exulabis, si Mævius non intercederet, ipsum conditionatum

F. Amandi Hermann Logica.

decretum positâ conditione transiret in absolutum; ergo similiter positâ conditionatâ relatione, vel visione, si obiectum poneretur & conditio, transiret etiam in absolute videntem. R. negando consequentiam, quia magna est disparitas à moralibus ad Physica, quia relatio est actuale exercitium, quo unum respicitur ab alio, quod statim ut in aliquo est; alterum necessariò respicit, sicut etiam visio, est actus, qui esse non potest, nisi potentia & obiecto proposito.

Opponitur Authoritas D. Augustini lib. 5. Trinit. cap. 16. ubi dicit: *si ergo numerum potest nullâ sui mutatione toties dici relative, ut neque cum incipit dici, neque cum desinit aliquid in eius natura vel formâ, quâ numerus est, mutationis fiat, quanto facilius &c.* Respondeo: Divinus Augustinus tantum velle, quod numerus relative dicatur, absque aliqua sui mutatione, intelligendo per mutationem proprie dictam, quâ aliquid absoluti in aliquo producit, non verò quod ibi non sit mutatio improprie dicta, quâ mutatur aliquid per formam resultantem, quâ nunc aliquid se aliter habet, quam antea habuit, quomodocunque fiat, dummodò per eam ponatur aliud genus entis, sicut ex Augustino ipso est prædicamentum ad aliquid, quod aq; ab usâ distinguit, sicut quodecunq; aliud; quod si autem non esset aliquod distinctum, rueret denarius numerus prædicamentorum, quem tamèn ex mente Aristotelis definit: imò cap. 7. Categ. dicit expressè: *Aristotele docente cognoscimus eorum generum, quæ sunt inter se divise, nec differentias easdem posse esse, nec species, alia est enim differentia, dum queritur, quid sit, alia dum quale sit, alia dum quantum sit &c.* Et consequenter etiam ad aliud.

Instatur: Divinus Augustinus non distinguit ullo modo realitèr prædicamenta inter se; ergo licet aliqua relative dicantur, cum hoc non fiat, per aliquam mutationem, ut dicit S. Doctor, non erit verum accidens reale distinctum à subiecto, quia nihil est tale, nisi quod per veram actionem producit: probatur ant. quia Categ. 12. ait: *non esse importunum, si una res duarum Categoriarum vocabulo concludatur;* ergo. R. negando ant. ad cuius probationem dico: Sanctum Doctorem tantum velle, quod aliquando vocabula sint, quæ sunt æquivoca, ac proinde posse significare, tam benè rem unius prædicamenti, quam alterius, sicut supra dixi de figurâ & formâ, quæ & significat debitum, & ordinatè determinatum aliquem partium situm, & ipsam linearum terminationem, & secundum unam vocabuli acceptionem ad prædicamenti quantitatis, secundum aliam, ad qualitatem ab Aristotele collocatur; unde non dixit; rem duorum prædicamentorum esse eandem, sed eodem vocabulo concludi. Unde ibidem præmisit: *Quamvis ipse quoq; Aristoteles magnus ingenio (quem explicat hic) huic penè permixtioni concesserit ac dixerit, posse contingere, ut, quod qualitatis fuerit, idem referatur ad aliud, nec esse importunum addens &c.* Unde R. 2. negando ant. cuius probat. dist. non esse importunum, ut res duarum Categoriarum vocabulo concludatur essentialitèr per utrumque, nego

VIII.

Soluntur
authoritates
ex D. Augustino.

Hh art.

ant. essentialitèr per unam & denominativè per aliam, concedo ant. & nego consequentiam, nam habitus in entitate sua est substantia, secundum applicationem formatam, ad corpus est quid respectivum, & particulare constituit prædicamentum.

Urgetur. Libro 9. Trinit. cap. dicit S. Augustinus: *Pars relativè ad totum dicitur, sed pars, nec est æquivocum vocabulum, nec denominativè potest in alio prædicamento poni; ergò licet aliqua relativè dicantur, non per hoc statim nova aliqua forma realitèr distincta, resultare debet, & consequentèr, si relatio advenit sine mutatione, non erit accidens distinctum.* R. dist. ma. & explicando S. August. Pars relativè ad totum dicitur relatione secundum esse prædicamentali; nego ma. relatione secundum dici, quæ est illa, quando principalitèr significatur aliquid absolute, secundariò verò & connotanter aliquid respectivum, & de his quidem verum est, quòd non distinguantur, de relatione autem prædicamentali expressè docet Sanctus Doctor, quòd sit aliquid aliud ab eo, cujus est relatio & consequentèr aliquid distinctum: nam lib. 7. Trinit. cap. 1. ubi explicans naturam Relationis, quòd sit esse ad aliud, ait: *Huc accidit, quia omnis essentia, (id est, quodlibet fundamentum, ut patet ex contextu) quæ relativè dicitur, est etiam aliquid excepto relativo.*

IX.
Solvuntur
authoritates
ex Aristotele.

Opponitur 2. *Authoritas Aristotelis 5. Phys. t. 10. & 11. ubi dicit: ad relationem non dari motum; sed nihil reale distinctum potest alicui advenire, nisi per motum ad illud; ergò cum ad relationem non datur motus, relatio non erit quid distinctum ab extremis.* Item 14. Met. cap. 3. *Ubi dicere videtur, relationem non esse Ens; ergò nec erit accidens aliquid ab extremis distinctum.* R. Ad primum locum, quòd Aristoteles ibi non neget, universalitèr dari motum ad relationem, quia expressè concedit, quòd detur motus ad ubi, quod, ubi vera est relatio, licet extrinsecus adveniens, unde si loquitur de relationibus intrinsecis advenientibus, tunc respondeo dist. ma. ad relationem non datur motus per se, & immediatè, concedo ma. per accidens & mediatè, nego ma. Per motum autem per se intelligo eum, qui immediatè requiritur ad hoc; ut aliquid ponatur ad esse; per accidens verò, quando aliquid sequitur, quasi ad motum, vel productionis alicujus, quare distinguo etiam mi. nihil reale acquiritur, nisi per motum per se, vel per accidens; concedo mi. per se tantum, nego mi. & consequentiam, quia reverà ad relationem non datur motus, sicut datur ad frigus, vel ad calorem, & ad quameunq; formam absolute, benè tamèn datur motus, qui in alio præsupponitur, ad quem postea relatio resultat, sicut posita actione generativà in Titio, resultat relatio Paternitatis ad Mævium. Ad secundam Authoritatem dico Aristotelem tantum velle, quòd relationes sint entia valde diminuta, aut non esse entia, sicut dixit alibi, nullum accidens esse ens, scilicet univocè ad substantiam, aut deniquè non esse sensu perceptibile.

X.
Dne rose
sunt sibi si-
miles ante
relationem
tantum fun-
damentali-
tèr.

Arguitur 1. Illud commune axioma, opponendo non sunt multiplicanda entia, sine

necessitate, sed nulla est necessitas ponendi inter duo alba aliquam relationem similitudinis; ergò frustra hoc asseritur: probatur mi. positus duobus extremis, tanquam fundamento & termino ac ratione fundandi ex solâ coexistentiâ, poterunt sibi dici similia, verbi gratiâ, duæ rose albedine affectæ, sed hæc coexistentia non est relatio intrinsecus adveniens; ergò gratis multiplicatur relatio, & maximè intrinsecus advenientes. R. concedendo ma. negando mi. cujus probationis majorem distinguo: poterunt sibi dici similia per similitudinem, quæ sequitur ad extrema, simul existentia, concedo ant. per solam coexistentiam præcisè, nego ant. Et hoc necessariò videtur dicendum, ipsam scilicet coexistentiam duorum extremorum esse distinctam à similitudine, quia coexistentia variatur cum sit quid successive, dicens ordinem ad tempus, quod est quid successive, non tamen similitudo, sicut nec albedo quæ est fundamentum ejus. R. 2. brevius distinguendo eandem majorem alii terminis, sunt sibi similia fundamentalitèr, concedo formalitèr, nego ma. nec hoc voluntariè dicitur, nam ipse Aristoteles censuit superaddendas esse relationes formales.

Instatur: *Duæ similitudines sunt sibi ipsis similes, sine nullâ aliâ additâ; ergò etiam duæ albedines erunt sibi ipsis similes, sine ullâ similitudine; ergò non solum fundamentalitèr, sed etiam formalitèr erunt sibi similes.* Probat consequentia prima, quia non est ratio, quare duæ similitudines sint sibi similes, nullâ aliâ similitudine superadditâ & non etiam duæ albedines, R. negando consequentiam, disparitas est, quia similitudines sunt ratione formales reddendi similes, ut quo & non tantum, ut quod, sicut sunt duæ albedines, unde si darentur aliæ similitudines, quibus essent similes, daretur processus in infinitum; & sic quemadmodum ad unionem non datur unio, ad actionem non datur actio, ad in hærentiam non datur in hærentia, ad dispositionem nõ datur dispositio, ad potentiam non datur potentia, sic ad similitudines duas non datur similitudo, quia sunt rationes formales, quo extrema verò non rationes formales, quibus, sed quæ fundant relationem similitudinis.

Urgetur: *Propter processum in infinitum, non admittitur alia similitudo, quæ sint sibi similes duæ similitudines, sed hic processus etiam sequitur, si admittatur, quòd duo extrema sint similia, per similitudinem superadditam; ergò similiter non est admittenda.* Probat mi. quia illa similitudo referretur iterum ad aliam albedinem per aliam similitudinem, & altera iterum per aliam. Et sic in infinitum. R. negando mi. ad cujus probationem dico, quòd non referretur iterum per aliam similitudinem, sed statim dabitur status in eâ relatione, quæ non habebit terminum sine quo posset esse, ad quem referatur, per aliam relationem à se distinctam, verbi gratiâ, similitudo inter rosam A. & B. & similitudo inter rosam C. & D. fundant relationem duarum similitudinum, illa tamèn relatio fundata supra istas duas similitudines non est similis similitudini, quæ fundatur

datur in similitudine rosæ A. & B. per similitudinem à se distinctam, quia nequit esse relatio ista similitudinis, quin sit similitudo inter rosam A. & B. & inter rosam C. & D. Sed

Replicatur. Si non processus in infinitum, saltè in quolibet subiecto continuo possent esse infinitæ relationes, sed hoc implicare videtur inconvenientiam, ergò; probatur sequela, quia in quolibet continuo sunt infinita puncta, sed in quolibet puncto posset fundari relatio similitudinis, ad omnia alia puncta, & ad omnia puncta omnium continuorum, ergò. Probatur etiam minor, quòd videatur involvere implicantiã, quia sequeretur, quòd pereunte uno puncto, mutarentur omnia alia, tam in eo continuo, quàm in toto universo, quòd probatur, quia omnia puncta totius universi amitterent similitudinem, ad illud punctum, quòd perit, imò licet non periret, dum modo amoveretur ab aliquo loco ad alium, jam totum universum mutaretur, quia acquirerentur novæ relationes, propinquitatis & distantie omnium rerum, quas antea non habuerunt; ergò, ad cavendas huiusmodi implicantias melius dicitur, quòd omnes res sint similes sibi per solam coexistentiam. R. 1. negando ma. ad probationem dico, quòd puncta & omnes partes alicujus continui constituunt unam relationem similitudinis vel dissimilitudinis, prout fuerit ratio fundandi, non verò plures, nisi forte partiales. R. concedendo maj. quia nulla apparet implicantiã, nec timendum cum Adversariis, quòd ipsi punctant necessarium, hoc punctum opprimendum fore, non enim habent difficultatem & gravitatem in entitate, & si habet aliquam in intellectu aliquo est, quia est valde grossius, ad probationem minoris; R. distinguendo eam, mutarentur omnia alia, mutatione improprie dicta concedo, proprie dico nego. Unde nullum ex hoc inconveniens sequitur, imò maxime videtur necessarium, admittere talem mutationem, imò ipsi Adversarii inconvenientiam, si quæ est, non effugiunt: nam si relatio nihil aliud est, quàm aliqua complexa, aut duorum coexistentia, vel alique formalitates, tunc pariter possum dicere, ad destructionem unius extremi, tot destrui complexa, tot coexistentias, tot formalitates, quot destruantur relationes apud nos, quæ omnia etiam mutatione rotius universi, fieri nequeunt, quia totum universum dicebat coexistentiam ad illud extremum, quòd destructum supponitur; ergò etiam totum universum mutatur, quare non video, an Scotistæ & Thomistæ plus universo inferant damni, in quotidiana tali relationum destructione, quàm Nominales in destructione tot complexorum & tot coexistentiarum? ita ut festucam apud nos vidisse deprehendam, & non cognovisse trahem in oculis ipsorum. Ad alterum autem, quòd videlicet etiam ad notum cujuscunq; minutissimæ rei varietur totum universum, quia in omnibus resultant relationes alie propinquitatis & distantie, quæ antea non fuerunt, in quo putant magis se liberos. R. 1. Æq; adversarios hoc debere admittere, nam ad motum vel positionem, & variationem cujuscunq; rei minutissimæ variantur complexa &

F. Amandi Hermann Logica.

coexistentiæ; ergò non manent liberi ab hac difficultate, probantur: ante non habebant hanc speciem & numero coexistentiam, & modo habent, ergò etiam variantur & consequenter æq; mutari debet totum universum. R. 2. Non debere videri nec dici difficile, vel inconveniens illud, quòd, vel ad minus simile, & quodammodo majus natura cavere non potuit, nam etiam ad motum digiti mei, vel muscæ, si non totum universum mutari & moveri debet, vel saltè secundum maximam partem, quòd longè superabit muscæ, aut digitum; ergò si hoc natura non potuit cavere, nec inconveniens, quòd non caveatur mutatio improprie dicta, quæ sit ad positiones, vel destructiones aliquarum relationum, cum hæc non nisi intellectu animadvertatur, motus ille autem sit etiam sensu perspicaciori perceptibilis; quòd autem ad motum digiti alicujus, vel etiam muscæ debeat, vel totum vel saltè maxima pars moveri, patet, quia si moveo digitum, vel etiam muscæ se movet, tunc necessariò aërem amovet à loco, in quo prius erat, & hic iterum alium, & ille alter iterum alium, qui in locum moti succedat, & sic consequenter, si non in infinitum, saltè per maximam & notabilissimam partem; quòd autem sic movere debeat, probatur; quia aër non se penetrat, cum alio aëre; ergò prior alium pellit, & ille alter tertium, & sic deinceps; ergò unus alterum necessariò movet, ut alterius locum occupet.

Arguitur 2. Nihil reale potest esse absq; causâ reali, sed similitudo, quæ de novo produceretur in albedine, non haberet aliquam causam realem; ergò non datur talis distincta realitèr à fundamento & termino; ma. patet, quia quidquid de novo est, ab alio est; minor probatur: quia non potest assignari, quæ nam sit illa causa? R. negando mi. cum suâ probatione, causa enim similitudinis est ipsum fundamentum proximum, à quo per resultantiam necessariò pullulat relatio, quando ponitur terminus.

XI.

Causa relationis est fundamentum.

Instatur. Omnis causa naturalis productiva alicujus effectus, necessariò producit effectum, quando passum est debite applicatum; sed album est causa naturalis, & in ordine ad producendum effectum in se ipso est debite applicatum; ergò omnem effectum, quem potest in seipso producere, producet, si miraculose non impediatur, sed subsumo: album potest naturalitèr existere, quin in se producat similitudinem, si terminus ejus non existeret; ergò album non est causa productiva similitudinis in seipso. R. dist. ma. quando omnes conditiones ad producendum adsunt, concedo ma. si non adsunt, nego ma. similiter distinguo mi. & consequens cum subsumpto, & nego consequentiam, nam coexistentia cum termino est conditio necessariò requisita ad hoc, ut resultet relatio.

Urgetur. Potest fieri, quòd terminus relationis albi existentis Comencii produceretur Cistercii; ergò hoc album non habet probatione necessariò requisita terminum: probatur consequentia; quia sicut omne agens habet determinatam spheram activitatis, ita

Hh 2

etiam

etiam necessariam, videtur, quod conditio requisita debeat habere determinatam & certam presentiam; sed nullum agens habere potest suam conditionem necessariò requisitam, in tantà distantia existentem; ergò terminus existens Comencii non potest esse conditio relationis existentis Cistercii. R. negando consequentiam, ad cuius probationem distinguo ma. omne agens habet determinatam sphaeram activitatis, quod producit formam absolutam, concedo; quod producit solum respectivam, nego ma. & distinctà similiter mi. nego consequentiam; disparitas autem est, quia quando producit effectus aliquis absolutus, requiritur ut ad sit causa Physica, per Physicum influxum illum attingens, non verò in productione relationis, quia quando ponitur terminus, tunc ipse non concurret per Physicum influxum, sed per meram conditionem, hinc non obstat, quò minus in quacumq. distantia produci possit.

XII.
Dantur denominationes extrinsecæ sine nova forma, non tamen intrinsecæ.

Arguitur 3. Multæ dantur denominationes novæ, sine formâ superadditâ fundamenti, ergò denominationes relativæ possunt etiam sic salvari, & consequenter frustra ponuntur in fundamentis, à quibus istæ denominationes proveniant. R. 1. distinguendo ant. multæ denominationes intrinsecæ, nego ant. extrinsecæ concedo, & similiter distinguo primum consequens, denominationes relativæ extrinsecæ transeat intrinsecæ, nego consequentiam utramq. R. 2. Negando ant. vel potius distinguendo, multæ dantur denominationes sine formâ extrinsecâ vel intrinsecâ, nego ant. sine formâ intrinsecâ, concedo ant. & nego utramq. consequentiam, quia esse visum, esse cognitum, licet non sint formæ intrinsecæ rebus, quas sic denominant, sunt tamen extrinsecæ, unde si non ponatur forma relativa intrinsecæ alicui extremorum, quâ denominetur, simile vel æquale non poterit assignari nova forma, à quâ proveniat denominatio illa realis nova, nec esset ratio, quare illa denominatio poneretur in hoc albo potius, quàm in altero, & contra?

Instabis. Fundamentum relationis est proximè dispositum ad recipiendam relationem, dum ponitur terminus ejusdem relationis, & tamen non erat sic ante, sed tunc non recepit aliquam novam formam, per quam disponeretur, ergò datur denominatio nova, sine omni formâ novâ. R. negando minorem, quia coexistentia fundamenti & termini est illa nova forma extrinsecæ, à quâ denominatur fundamentum, sic proximè dispositum, unde coexistentia etiam vocari solet fundamentaliter relatio.

Urgetur, si esset aliqua nova forma superveniens, distincta à fundamento & termino, posset Deus eam conservare, sine eo, quod esset in fundamento & termino; ergò saltè non necessariò resalteret, probatur. Quia Deus conservare quodlibet realitèr distinctum absque eo, quod unum insit in altero. R. negando ant. ad cuius probationem dico; illam veram esse, quando illud alterum non dicit necessariam connexionem & dependentiam, ad

prius non verò, quando dicit, ut est in proposito.

Replicatur. Rosa A verbi gratiâ, non dicit necessariam connexionem ad relationem, ut in se habeat ex eo, quia potest esse sine illâ; nec dicit Rosa B. ergò poterit saltè Deus conservare utramque rosam, absque eo, quod dicant relationem ad se invicem, superadditam, velut accidens distinctum. R. dist. ant. Rosa A non dicit necessariam connexionem & sequelam ad relationem, si separatim spectetur, concedo ant. idem est de Rosâ B. Rosa A. non dicit necessariam sequelam ad relationem, si spectetur veluti coexistens Rosæ B. nego ant. unde licet Deus posset conservare quodlibet prius, sine posteriori, absolute loquendo, in quantum potest facere, verbi gratiâ, ut rosa B non coexistat, positâ tamen coexistentiâ non potest conservare sine relatione, propter necessariam sequelam, sicut etiam multa alia conservari nequit, quæ necessariam dicunt sequelam, per emanationem, ut sicut tenetur committere, subsistentia est posterior naturâ substantiali, & tamen Deus naturam substantialem conservare nequit sine subsistentiâ.

QUÆSTIO III.

An relatio terminetur ad absolutum, vel potius ad aliquid respectivum?

Sensus quæstionis est, an quando aliqua relatio refertur ad aliud, in quo dixi consistere ejus essentiam, an illud aliud, quod relatio respicit, veluti suum terminum, debeat esse aliqua entitas absoluta, an verò debeat esse aliqua entitas respectiva? verbi gratiâ, an quando Titius ut Pater refertur ad Mariam ut Filium, an Paternitas Titii refertur ad substantiam Marii? an verò, an illam relationem, quam Marius dicit, pro formali in quantum est Filius; item quando Ratio A refertur ad rosam B. relatione similitudinis, propter albedinem in utraq. subiectatam, an rosa A refertur ad albedinem rosæ B. an verò ad illam correlationem, quâ rosa B iterum refertur ad rosam A? & quæstio moveri potest tam de relationibus mutuis, quàm de relationibus non mutuis, quales sunt, quæ dantur inter scibile & scientiam, &c. Circa quam Materiam Authores passim ternas enumerant solemniores sententias: prima dicit, quòd relationes prædicamentales, tam mutuas, quàm non mutuas, terminentur ad aliquid relativum, seu quòd terminus non sit illa entitas, in quâ fundatur ratio referendi, sed quòd sit illa correlatio, quâ terminus iterum fundamentum respicit, seu illa correlatio sit quid reale, seu quid rationis. Ita D. Thomas 1. p. q. 13. art. 7. quem sequuntur Cajetanus, Complutenses, Flandria, Sanchez, Nazarius &c. quam etiam dicunt esse geminam Aristotelis mentem, & ut Pontius refert Christianæ Philosophiæ ac Theologiæ congruentiores, invitantes, inquit Pontius, hoc specioso encomio ad eam amplectendam, quos adducere nequeunt rationibus. Secunda sententia est Scoti 1. d. 16. q. 1. & d. 30. q. 1. cum omnibus suis, quæ docet omnem relationem prædicamentalem, tam mutuatam, quàm non mutuatam terminari ad aliquid absolutum, & nullam

nullam ad respectivum; Scotum & suos sequuntur, tunc celebriores aliqui Thomistae, ut Capreolus, Soto, Soncinas &c. tunc plures Neutristae, ut Suarez, Vasquez, Hurtadus, Onna, Murcia, Blancus & Comptonius, qui dum Scotum pro ea citant, declarans, quâ mente de doctrinâ Scoti sentiat, inquit: ita nosse Scotum, quod & alibi frequenter facit. Tertia sententia est media, estq; aliquorum Thomistarum, qui nolente omnino à D. Thoma recedere ne congerentur cum Scoto, & veritate sentire, mediâ incedunt viâ, unde dicunt: quod omnes relationes mutuae terminentur ad aliquod respectivum, non mutuae vero, utpote in quibus nulla est correlatio, terminari semper ad absolutum. Ita Ferrarientis, Rubius, Masius, Fonseca, Vallius, & multii alii. Et quamvis à Scoti sententiâ recedere non intendam, tamèn

II. **DICO I.** Non omnes relationes, sive mutuae, sive non, terminantur ad aliquod absolutum. Hanc quidem sic proposuimus, nullibi vidi, de eius veritate tamen dubitari non potest, nam colligitur ex Doctore 1. d. 28. q. 2. n. q. 3. ubi sic ait: *Univerſaliter loquendo non oportet concedere, terminum relationis esse oppositum, id est esse absolutum, quod relativè opponitur suo fundamento.*

Probatur Conclusio, quoad relationes non mutuas: Dantur multae relationes non mutuae, quae nullum habent terminum absolutum; ergo non omnes relationes terminantur ad absolutum: probatur ant. dantur relationes, quae terminantur ad negativam & privativam, imò etiam ad entiam rationis; sed in istis non est aliquid absolutum pro termino; ergo dantur multae relationes non mutuae, quae non habent aliquem terminum absolutum; probatur ma. Est vera relatio, non mutua, quâ scientia refertur ad suum scibile, sed scientia etiam refertur ad negationes & privationes, veluti ad aliquod scibile: ergo erunt verè relationes, non mutuae, quia sic scientiæ ut sic competit, quod referatur ad scibile, competit etiam cuiuscunq; inferiori contento sub scientiâ, nec valet dicere, quod de negationibus & privationibus non detur scientia propriè dicta, quia licet id verum esset, tamèn in ratione relationis, tamèn bene scientia impropriè dicta, quam propriè dicta, respicit suum scibile, licet ex alio capite inter se differant; non differunt tamèn in ratione referendi, quia per hoc, quod album ut quatuor, sic magis simile albo, ut sex, quam album, ut duo, variatur ratio relationis similitudinis generica, ergo ex eo, quod unum dicatur magis propriè scientia, quam alterum, non variatur tamen per hoc, quod non aeq; referat, unum atq; alterum, ad suum scibile. Probatur etiam minor, in argumento principalis antecedentis, scilicet, quod ibi non sit aliquid absolutum. Quia quodcumq; excluditur à toto genere, non potest contineri sub aliquâ determinatâ specie, sed negationes & privationes excluduntur à toto genere entis positivi & realis; ergo excluduntur etiam à quâcumq; determinatâ specie & consequenter relatio, quae terminabitur ad illas, non terminabitur ad aliquod absolutum. Sed pro aliquo.

III. **Dices:** Licet illae relationes non habeant pro termino aliquod absolutum, non habent

tamèn etiam aliquod respectivum; ergo sufficit ut dicantur terminari absolute ad aliquod absolutum. R. 1. negando consequentiam, quia dici non potest, quod terminentur ad aliquod absolutum, si nullum adest absolutum; deinde licet fortè dici possit, quod non terminentur ad aliquod respectivum, hoc non obstat conclusioni, quae simpliciter tantum asserit, quod multae dentur relationes non mutuae, quae pro termino nihil absolutum habent, ut probatum est. Deniq; R. 2. etiam sustinendo probabilitè, quod scientia de privationibus & negationibus terminetur ad aliquod respectivum, quia negationes & privationes sunt respectivae in se; ergo scientia ad eas terminata terminatur ad aliquod respectivum. Probatur autem ex definitione earundem, quia definiuntur per ordinem, aliud, privatio quidem, quod sit carentia formae in subiecto nato atq; ad habendam eam; negatio verò, quod sit carentia formae in subiecto inepto, habere eam quae in se respectum & ordinem involunt ad aliud; tunc, si non involverent aliquod respectivum, non esset ratio, cur negatio hæc non lapis potius exciperet lapidem, quam hominem? Item privatio visionis, cur potius tolleretur actum videndi, quam audiendi? ergo dicunt aliquod respectivum consequenter, si scientia terminatur ad eas, terminabitur ad aliquod respectivum, & non ad absolutum; ergo in hac acceptione citra mentem & præiudicium Doctrinæ Scoticæ sustineri possit, quod relationes omnes non mutuae non terminentur ad absolutum. Sed

Probatur secunda pars conclusionis: Quia secundum probabilem & usitatam, in Scholâ Scoti sententiam, una relatio fundare potest aliam, sed in illo casu, de quo, quaestione sequenti, non datur aliquid absolutum, pro termino relationis mutuae; ergo univèrsaliter loquendo, non omnes relationes mutuae referuntur ad aliquod absolutum. Probatur mi. quia inter paternitatem Titii ad Mœvium, & Caji ad Vitellium resurgit relatio similitudinis, sed terminus hujus relationis similitudinarie non est aliquid absolutum; ergo, &c. Probatur mi. quia terminus hujus relationis est Paternitas Caji ad Vitellium, sed Paternitas est quid respectivum; ergo illa relatio mutua terminabitur ad aliquod respectivum, & non ad aliquid absolutum, & consequenter dicendum non est: omnem relationem mutua terminari ad absolutum; & si sic intelligatur Conclusio, non puto, quod habeat positivè multos inimicos, licet etiam non habeat positivè aliquos amicos. Et hinc est, ut ponam pro mente Scoti conclusionem, &

DICO 2. Relationes non mutuae exceptis casibus, & intelligentia prioris conclusionis non terminantur ad aliquod respectivum, sed simpliciter ad aliquod absolutum. Hæc est non modo ad mentem Scoti, sed & Scotistarum conformis. Et Probatur: Quia in his & similibus nulla datur correlatio in termino; ergo relationes non mutuae non terminantur ad aliquod respectivum. Probatur ant. quia in nullo aliquo positivo reali objecto cuiuscunq; scientiæ, datur correlatio ad scientiam; ergo quando scientia refertur ad

IV.

V.

Relationes non mutuae non terminantur ad respectivum.



scibile, præter casus specificatos, non datur & terminatur relatio ad aliquod respectivum. Nec valet dicere, scibile referri ad scientiam relatione rationis, quia ante omnem operationem potentia cuiuscunque potentis fingere, vel comparare scientia refertur ad scibile, sicut visio ad objectum visum; sed quando visio refertur ad rosam, verbi gratia, non refertur ad aliquod respectivum; ergo etiam quando scientia refertur ad rosam cognitam, non refertur ad aliquod respectivum; Et si quis fictioni deditus aliquam relationem rationis fingeret, præterquam quod illius nulla sit necessitas & utilitas, non terminaretur adhuc relatio ad eam, quæ hæc supponitur esse vera & realis, & non fictitia, & consequenter supponit etiam terminum realem, & non fictitium, cum tam bene esse, ad quam esse *in* de essentia eius.

Dices: Scibile denominari sufficienter relativum, per relationem scientia, quam terminat. Sed Contra: quia prius terminat scibile scientiam, antequam denominetur relativum; ergo pro illo instanti relatio habet sufficientem terminum, sed tunc terminus non est quid relativum, ergo.

VI.
*Relationes
mutue ter-
minantur ad
aliquid ab-
solutum.*

Dico 3. *Relationes mutue etiam non terminantur ad aliquid respectivum, sed ad absolutum illud, quod pro termino respiciunt.* Ita Scotus supra & probatur suis quasi verbis: Relativa sunt simul natura; ergo non potest una relatio terminari ad aliam, ant. etiam ipsi Adversarii concedunt. Probatur ergo consequentia: Si relatio aliqua non terminaretur ad absolutum, sed ad correlationem, relativa non essent simul natura, sed sunt ex mente etiam contrariae sententia; ergo non terminatur ad respectivum. Probatur sequela ma. Relatio quæcunque est illa, dependet à suo termino essentialiter, sed si terminus relationis esset correlatio, hæc est prior; ergo relativa illa non essent simul natura, quia relatio illa jam præsupponitur antecedenter, ad quam terminatur relatio, in fundamento existens: probatur mi. prioritas naturæ consistit in dependentia unius ab alio; ergo, si una relatio dependet ab alia, tanquam à termino, erit posterior natura illa, tanquam termino; ergo relatio non terminabitur ad correlationem, sed est fundamentum illius correlationis, quod est quid absolutum. Confirmatur 1. Omnis relatio præsupponit terminum formalem, quem respicit; ergo, si paternitas, verbi gratia, respicit terminum formalem filiationem, paternitas supponit filiationem, estque illa posterior & filiatio prior. Confirmatur secundò: Illud est terminus relationis, quod ponitur in eius definitione, & à quo specificatur, & per quem explicatur, sed hoc non est correlatio, alioquin non possent specificari per eam, quia essent omnes eiusdem speciei, quia omnes terminarentur ad correlationem; ergo ille terminus erit fundamentum illius correlationis & consequenter aliquid absolutum.

VII. **Dices:** Illud absolutum esse quidem terminum, sed non formalem, bene tamen materialem, & consequenter, licet per illud explicetur relatio, non fit veluti per terminum formalem, sed materialem. Verumtamen Co-

tra: Ille est terminus formalis relationis, qui sufficientissimè terminat relationem circumscripto omni alio, sed persona filii postea generatione activa, veluti conditione fundata supra potentiam generativam, quæ est ratio fundandi, seclusa per impossibile filiatione, sufficientissimè etiam actu terminat relationem patemitatis, ergo.

Probatur Conclusio secundò.

Id quod in uno principio est ratio fundandi unam relationem est ratio, eandem in altero terminandi, sed principium propriae relationis eam fundat, secundum esse absolutum; ergo etiam eandem terminat secundum absolutum: probatur ma. Ratio fundandi est illa per quam redditur ratio, cur terminus terminet hanc relationem, respectu illius termini? sed eadem ratio redditur, propter quam unum extremum referatur ad alterum, & hoc ad ipsum, ergo. Probatur mi. nam quærenti, cur hæc rosa referatur ad illam, relatione similitudinis? quia est, respondetur, alba, vel rubra, & inquirenti iterum, cur rosa illa terminet hanc relationem? dicitur ideò fieri hoc, quia est alba, vel rubra; sicut prior, & non quia in se habet relationem; ergo relatio non terminatur ad correlationem, sed ad absolutum, quod est fundamentum correlationis. Confirmatur Conclusio: Quod relatio debeat referri ad suam correlationem, non provenit, nec ex natura relationis ut sic, nec ex ratione huius relationis, quia videlicet mutua est, ergo ex nullo capite id asseri debet. Probatur ant. quoad primam partem, quia si hoc haberet ex natura relationis ut sic, ut patet, quia aliàs deberet etiam competere non mutuis, quod tamen falsum esse constat, quia in illis nulla datur correlatio, & fingere cum Cajetano, quasi eadem relatio, quæ est in fundamento, terminet etiam relationem, est inconvenientissimum, quia sic eadem res ad se ipsam referretur, ergo: nec etiam ex natura huius relationis, quia si per impossibile non haberet ibi correlationem, adhuc terminaret illud absolutum, ergo.

Opponitur. *Authoritas Aristotelis cap. 7. de Relatione, ubi asserit: quod, si à servo auferantur omnia alia relicto quod servus sit, ad illum esse terminandam relationem Domini, & hanc relationem non posse subsistere, etsi reliqua omnia maneant, si à servo auferatur hoc, quod est esse servum, verba eius sunt: circumscriptis enim omnibus, quæ accidentia sunt Domino, relicto verò solo, quod Dominus est, semper servus ad ipsum dicitur; ergo ex mente Aristotelis relatio terminatur ad respectivum & non ad absolutum.* R. negando consequentiam: nam ex Aristotele nunquam hoc inferri potest, quia cum notantè dixerit: relicto in servo hoc, quod est esse servum, reliquis omnibus circumscriptis, ad illum esse relationem terminandam, non dixit, relinquendam esse solam servitutem, sed servum in concreto, quod dicit servitutem & subiectum absolutum talis servitutis, quod sufficiens est ad relationem terminandam.

Instatur. Si relatio Domini terminetur ad absolutum, & substratum servi, non ad ipsam

ipsam servitutem, sequeretur, quod illa relatio non magis terminaretur ad filium (suppono servum esse filium non Domini sed Caji) quam ad servum; ergo non potest relatio terminari ad servum pro absoluto, sed pro respectivo. Probatur sequela, quia illud absolutum servi est æq; filius, sicut est servus; ergo non magis terminaretur ad filium, quam servum, sed ad filium terminari non potest, quia non præsupponitur actio generativa, terminata ad ipsum; ergo debet relatio Domini terminari ad servum sub ratione servitutis, & non sub ratione specificativâ illius concreti: R. negando sequelam, ad cuius probationem dico: quod licet illud substratum servi sit etiam substratum filii, respectu Caji, quando tamen refertur Dominus ad illud, determinatur per rationem fundandi aliam, à ratione fundandi filiationem, adeoq; est ratio, quare potius referatur ad eum, veluti ad servum, & non ad filium; Ratio autem fundandi relationem servitutis est, quod cum emerit, conduxerit, aut hereditate possideat; e contra verò ratio fundandi filiationem est, quod ab alio genitus sit, & quia Dominus ut Dominus non habet potentiam activam pro ratione fundandi, & actionem generativam pro conditione respectivè ad servum, non terminabitur ad illum non ut ad filium, sed ut ad servum.

Urgetur. Si Dominus terminaretur ad servum, ut absolutum, posset intelligi relatio Domini sine relatione servitutis, sed hoc fieri nequit; ergo non terminabitur ad absolutum specificativè, sed ad servum reduplicativè. Probatur minor: quia ut dicit Aristoteles: correlativa sunt simul naturâ & cognitione; ergo fieri nequit, ut cognoscatur Dominus terminari ad absolutum servi, absq; eo, quod terminetur ad servitutem, pro formali & reduplicativè, alioquin non esset simul cognitione R. concessâ ma. negando mi. quia non video aliquam implicantiâ, quare Paternitas non possit intelligi referri ad filium, priusquam filius intelligatur, iterum referri ad Patrem per correlationem, cum videamus, quod in relationibus non mutuis cognoscatur aliquid referri, absq; eo, quod ibi fiat correlatio, cum nulla sit; Ad probationem ex Aristotele dico: quod ex eo non sequatur, ut una terminetur ad suam correlationem, sed tantum, quod propter necessariam concomitantiam simul resultent in eodem instanti reali & ita quod simul possint cognosci, cognitio fundamenti & termino, unde explicari potest sic dictum Aristotelis: quod relatio sine simul cognitione, id est aptitudinalitèr concedendo, actualitèr negando. Sed

Arguitur. A paritate relationum divinarum: Paternitas in divinis habet pro termino filiationem; ergo etiam in creatis, probatur consequentia: quia, si ex relationibus divinis probari possunt, dari relationes; ergo etiam admitti debet, si in divinis terminentur ad correlationem, quod etiam sic in creatis contingat. Sed R. negando consequentiam, disparitas est, quod filio in divinis sit constitutiva filii inesse personæ distinctæ realitèr à Patre, cum terminus debeat esse distinctus rea-

litèr à re relatâ, in creatis verò non est quæ constituit rem distinctam realitèr inesse personæ, sed præsupponit eam rem constitutam; quod autem hæc sit disparitatis ratio, inde patet, quia aliæ relationes quæ in divinis, præter illas, originis dantur, in probabilissimâ sententiâ, verbi gratiâ, similitudinis, æqualitatis & identitatis, non terminantur ad suas correlationes, quia præsupponunt jam terminum suum reverâ constitutum; quod autem tales relationes dentur in divinis, pro nunc suppono, in Theologiâ id ex professo probaturus & defensus, quare licet, ex relationibus divinis, probatur etiam, quod dentur in creatis, per hoc statim non sequitur, quod divinæ in terminibus eodem modo se habere debeant sicut creatæ. Deinde, si negaretur absolutè major, quid quæso adversarii inciperent? quod tamen negare quis potest, maximè cum non sit de fide determinatum, an relationes constituantur per solam relationem, an verò etiam per aliquid absolutum? de quo etiam in Theologiâ

Instatur: Relationes divinæ distinguuntur à creatis per esse, *in*, non verò per esse, *ad*, ex eo scilicet, quod creatæ sint in subjecto, non divinæ, creatæ accidentia, non sic divinæ, sed omnes relationes constituuntur per esse *ad*, non autem per esse *in*, ergo si divinæ terminantur ad correlativum; ergo terminabuntur creatæ, & consequenter ex terminatione nullâ oritur disparitas. R. dist. ma. tantum nego, etiam concedo & nego mi. scilicet quod relationes tantum constituantur per esse *in*, quia æq; primò constituuntur per esse *in*, quam per esse *ad*, & quamvis hoc non esset, perfilteret tamen disparitas, quia relationes divinæ sunt personarum constitutivæ, non verò creatæ.

QUÆSTIO IV.

An una relatio possit fundare aliam?

De hac quæstione potissimum

inter se concertant Angelicus & subtilis Doctor, quos in propria opinione quemque sequuntur sequaces eorum, D. Thomas itaq; Cajet. Ferrariensis, Soncinas, negant quod una relatio fundare possit aliam; verum tamen factis inconsequentèr, ut notavit Averla, quia si semel conceduntur relationes à fundamentis distinctæ, non videtur, ratio negandi, quare non possint etiam fundari relationem novam, cum omnia habeant requisita, sicut ipsa absoluta. Scotus e contra cum suis quos ex extraneis Durandus, Gabriel, Suarez sequuntur: affirmant quod una relatio possit fundari super aliam. Pro sententiâ intelligendâ notandum est, quod relatio dupliciter considerari possit: primo modo materialitèr, alio modo formalitèr, seu essentialitèr; quando accipitur posteriori modo, tunc est ipsa ratio referendi unum ad aliud, verbi gratiâ, paternitas est ratio, quare Titius referatur ad Mœvium; materialitèr verò tunc accipitur, quando considerantur ipsæ entitates relationum in se, non sub istâ præcisâ ratione, quâ unum referatur ad aliud, unde si in priori acceptione negarent D. Thomas & Thomistæ nollem cum ipsis excitare jurgium, sed quia ut

I.
D. Thomas negat unam relationem possi fundare aliam.

Dupliciter potest considerari relatio.

commu-

communiter exponitur, negat etiam in secunda acceptione; ideo pro sententia Scoti & Scottistarum ad questionem contra D. Thomam

II.
Una potest
fundare
aliam.

DICO: Una Relatio potest fundare aliam.

Ita Doctor 2. d. 1. q. 5. H. & §. ad quaest. & in q. d. 6. q. 10. Hanc puto esse conformem menti Sancti Augustini, qui cap. 11. Categ. dicit: In omnes Categorias relatio videtur incurere; ergo etiam in Categoria ad aliquid; sed aliter in eam incurere non potest, nisi una fundet aliam, eamque terminet altera, ergo. Probatur primo Authoritate & ratione Scoti 4. d. 6. q. 10. n. 5. ubi sic inquit. Quia secundum Ecclesiam 5. Geom. 2. in principio proportionalitas est similitudo duarum proportionum; ergo super proportionem fundatur similitudo; subsumo; sed proportio est relatio; ergo super relationem unam fundatur alia, probatur subsumptum; quia si dicam, sicut se habent sex ad duodecim, ita se habent duodecim ad viginti quatuor; sed tam sex ad duodecim, quam duodecim ad viginti quatuor relative dicuntur; ergo est relatio, & inter utramque proportionem est similitudo, quia utraque se habet ut dupla, ergo. Probatur secundo: Quia quidquid ad veram relationem requiritur, ut possit in aliquo resultare, reperitur in ipsa relatione; ergo una relatio potest fundare aliam. Probatur, quia ad relationem realem requiruntur extrema realia inter se distincta, tanquam fundamenta remota, & ratio fundandi, tanquam fundamentum proximum, & quod illa sit accidens ab extremis distinctum, sed haec omnia competunt relationibus; ergo habent omnia necessaria ad fundandam aliam relationem. Probatur mi. & accipitur Paternitas Titii ad Marvium, & paternitas Cajii ad Sortem; Ista duae paternitates sunt verè entia realia inter se distincta, habent etiam rationem fundandi relationem, quae sit accidens ab utraque distinctum, sed paternitas Titii ad Marvium, sicut paternitas Cajii ad Sortem, sunt relationes; ergo super unam relationem potest fundare aliam: minor patet, consequentia est optima; sola ergo restat major explicanda, & in primis quod sint entia vera & realia ac distincta, dubium esse non potest, quia possunt sine se invicem existere; quod etiam habeant rationem fundandi: quia duae albedines ideo possunt fundare relationem similitudinis, tanquam ratio fundandi, quia habent unitatem specificam; sed duae paternitates habent etiam unitatem specificam; ergo etiam habent rationem fundandi relationem, quia non videtur, quare duae albedines dici possint sibi similes similitudine superaddita, & non etiam duae paternitates; Quod denique etiam ista similitudo sit accidens superadditum distinctum, hinc liquet: quia praesupposita una paternitate, si altera advenit, resultat relatio similitudinis, si iterum desinat, destruitur non factus, ac quando ad positionem rosae albæ B. resultat relatio similitudinis, distincta ad rosam albam A, & priori destructa iterum definit, ergo una Relatio fundare potest aliam.

III.

DICES: Duas Paternitates esse quidem ad se invicem similes, sed non per aliquam similitudinem superadditam, bene tamen sibi-

ipsis. Sed Contra 1. Nimis inconsequentè loquuntur Adversarii, si enim duae albedines non sunt sibi ipsis similes, sed per similitudinem superadditam, quare etiam non sic sunt duae paternitates; aut si duae paternitates sunt sibi ipsis similes, cur non etiam duae albedines? Contra 2. Ideo colligitur, quod duae albedines sint sibi similes similitudine superaddita, ab eis realiter distincta, quia albedo potest esse sine denominatione similitudinis, sed etiam paternitas potest esse sine denominatione similis ad aliam paternitatem; ergo est eadem ratio, de similitudine duarum albedinum, ac de similitudine duarum paternitatum.

Instabis. Disparitatem esse, quia duae albedines non sunt modi alborum, sed vera accidentia absoluta, non sic duae paternitates, & sic super albedines fundari potest relatio similitudinis distincta, non verò super relationes, quia ad modum non datur modus, ut patet de unione, actione, &c. Sed R. negando, quod non æq; possit fundari relatio super paternitates, sicut super albedines, ad rationem probatione allatam. R. distinguendo vulgatum illud dictum, ad modum non datur modus, in eodem genere concedo, in diverso genere nego; unde ad unionem non datur alia unio, bene tamen datur actio unitiva, ad ubi non datur aliud ubi, bene tamen actio productiva illius ubi, & sic de cæteris. Ratio est: quod in uno genere & ratio, quo in alio genere potest esse ratio, Quod, ut patet de quolibet intellectu, quæ est ratio, quo representatur objectum cognitum & intellectum, quæ intellectio potest habere rationem, quod, dum iterum per aliam cognitionem representatur; sic quoque paternitas est ratio quo. Titius denominatur Pater & refertur ad filium, nec in hoc genere alius requiritur modus superadditus, si tamen consideretur paternitas in ordine ad aliam paternitatem, vel in ordine ad nigredinem vel albedinem, potest se & habere ut Quod, quia respectu alterius paternitatis fundat relationem similitudinis, respectu albedinis vel nigredinis relationem diversitatis. Sed Contra Conclusionem

Opponitur principaliter autoritas Aristotelis 5. Met. ubi dicit: similitudinem esse unitatem in qualitate, ita quod illa dicantur sibi similes, quorum qualitas est una, & sic etiam dicit ibidem, quod æqualia sunt illa, quorum quantitas est una, & eadem sunt, quorum substantia est una, quæ sunt tria genera relativorum principaliora, sed relatio nec est quantitas, nec substantia, nec qualitas; ergo super eam nulla fundari potest relatio. R. cum Doctore, concedendo ma. dist. mi. non est quantitas substantia & qualitas in entitate sua transeat mi. in modo essendi & prædicandi generico & specifico ac in quali, nego mi. & consequentiam. Unde Scotus dicit: si qualitas in rigore accipitur, quod relatio quidem non sit qualitas; si verò accipitur in laxiori acceptione in quantum, quid & quale in omnigenere reperiri potest, tunc relatio virtualiter quid & quale appellari possunt, sicq; in omnigenere reperiri possunt, & in hoc modo duae relationes ejusdem speciei dici possunt similes, secundum unitatem unius relationis.

Instatur:

Instatur: Si unitas generica & specifica sufficiunt ad fundandam relationem, sequetur, quod in omnibus praedicamentis darentur relationes, sed hoc est inconueniens, ergo. Probatur ma. quia in omnibus praedicamentis datur unitas generica & specifica, ergo. Probatur etiam minor, quia sic non essent relationes praedicamentales, sed transcendentales, quia per omnia genera vagarentur. R. maiorem esse veram, & de mente Sancti Augustini, qui clare in categoriâ ad aliquid relationem per omnia praedicamenta vagari demonstrat, ut patet ex dictis supra, & negando mi. cum sua probatione, quia relationes transcendentales non dicantur ideo praecise tales, quia per omnia vel per plura praedicamenta vagantur, sed etiam, quia sunt suis fundamentis identificatae, hinc licet aliqua per plura praedicamenta vagarentur, si tamen adhuc essent realiter distinctae, adhuc dicendae sunt relationes praedicamentales. Sed ut proponam Achillem contrariae opinionis, ideo proba.

Arguitur Ex ratione: Si una relatio posset fundari super aliam, daretur processus in infinitum in relationibus realibus, sed hic ubique est vitandus, ergo. Probatur sequela ma. Quia paternitas secundum nostram sententiam fundat relationem similitudinis ad aliam paternitatem, & haec e contra fundabit iterum aliam & ista etiam & sic in infinitum. R. negando ma. ad cuius probationem dico, quod paternitas erit quidem similis alteri paternitati, sed similitudo ista non erit iterum similis per aliam similitudinem, sed se ipsa, unde dabitur status in secunda relatione, quia istae statim seipsis referentur & ratio est, quia una non potest sine altera conservari: quia quando fundamentum nequit esse sine termino ad quem refertur, relatio qua refertur, non est ab ipso realiter distincta.

Instatur: Licet similitudo unius paternitatis Titii ad paternitatem Caji non possit esse sine paternitate Caji, & paternitas Caji sine paternitate Titii, tamen potest esse similitudo istarum duarum paternitatum sine paternitate Socratis & Platonis, sed ad paternitatem Socratis potest fundare iterum aliam similitudinem, ergo responsio nulla. R. negando consequentiam, licet enim ibi esset adhuc similitudo, ex hoc tamen non sequitur, responsonem esse nullam, minus quod argumentum stare de processu in infinitum, quia ibi dabitur status, cum qua ceterae, quae conciperentur conuenire in ratione fundandi & referendi, verbi gratia, duae paternitates fundant relationem similitudinis inter se, si haec similitudo conferatur cum altera quae reperitur, in alias duas paternitates, ut est casus in argumento positus, seipsa dicitur similis illi, & non alia superaddita, quia si ulterius pergatur, semper inuenies eandem rationem fundandi & referendi.

QUAESTIO V.

An multiplicatis terminis multiplicentur etiam relationes?

Non controvertitur hic de pluribus terminis specie distinctis, quia sic certum
F. Amandi Hermann Logica.

videtur, quod quotiescunq; multiplicentur taliter termini, multiplicentur etiam relationes; nam in eodem homine est alia relatio similitudinis, alia filiationis, alia aequalitatis, ex eo, quia in ipso reperiuntur diversi termini & diverse rationes fundandi & referendi eum ad aliud; unde potissima res est de terminis eiusdem speciei, qui solo numero inter se distinguuntur, verbi gratia, utrum paternitas eadem Titii sit, qua refertur ad Cajum, Sortem, Mavium & plures alios & alios Filios? an verò sint plures paternitates? Circa quam materiam duplex est sententia extrema: Prima est, Thomistarum post D. Thomam 3. p. q. 35. art. 5. quodl. 1. art. 2. & quodl. 9. art. 4. Cajetani, Soncinas, Ruvii, Javelli, Sanchez, & olim iam fuerat Henrici, qui omnes affirmant unam eandemq; relationem numero esse qua refertur, verbi gratia, paternitas Titii ad Sortem, Cajum, Mavium &c. eandem relationem esse similitudinis, qua rosa A refertur ad b. c. d. e. f. &c. Altera sententia est subretilis 3. d. 8. q. un. & suorum quem praeter suos sequuntur Fonseca, Suarez, Blancus, Amicus, Hurtadus, Aversa, & plures Recentiores, qui omnes uno ore clamant, esse aliam & aliam relationem paternitatis, qua Titius refertur ad Mavium ab ea qua refertur ad Sortem & Cajum &c. nec ullo modo talem relationum multiplicationem superfluere. Cum qua sententia etiam tenendo in rei veritate nunc

Dico I. Quando relatio aliqua ex specificâ sua ratione petit referre suum fundamentum ad plures numero terminos, non debet ea multiplicari, sed sufficit una. Hec licet non sic proponatur a Scottis, non videtur tamen in re ab eis, doctrinâq; Scoti dissentire.

II. aliquando non multiplicatur.

Quare probatur Conclusio:

Genus essentialiter refertur ad plures species, & species ad plura individua, sed nec genus, nec species referuntur ad sua inferiora pluribus relationibus; ergo quando relatio aliqua ex particulari ratione petit plures essentialiter terminos, sufficit una relatio: patet ma. ex supradictis, ubi asserui, nec genus Metaphysicum, nec Logicum, sicut nec speciem posse salvari sine pluribus inferioribus actû, vel potentia existentibus. Probatur mi. Quia si genus ad inferiora sua referatur pluribus relationibus, destruitur ipsa ratio generis, ergo probatur, quia si ibi plures essent relationes, quamlibet respiceret sub particulari specie; Sed sic quamlibet respiciendo non saluaretur ratio generis, ergo: probatur mi. quia ratio generis est, ut plures respiciat species, ita quod in una salvari non possit, ergo destrueretur ratio generis, quae essentialiter petit plures terminos non solum numero, sed etiam specie distinctos. Similiter discurre de specie. Ex hinc confirmatur Conclusio. Totum dicit relationem dependentem ad partes, sed in toto sunt plures termini; ergo si particularis ratio obstat ad multiplicationem terminorum, non necessario multiplicari debent relationes. Probatur mi. quia totum non modò unam, sed omnes respicit partes, sed quaelibet pars habet rationem termini, ergo sunt ibi plures partes & consequenter, si particularis aliqua ratio adsit ad multiplicationem terminorum, non necessario multiplicari debent

I i debent

debent relationes. Et hæc conclusio sic probata, & intellecta, credo quod non possit habere magnas difficultates, inò nec quod contradicat sententiæ Scoticæ, ad quam modo conformitèr

III.
Alia multiplicatio terminis solum numero distinctis, multiplicatur relationes.

Dico 2. Multiplicatio alioquin terminis, etiam solum numero distinctis, multiplicatur relationes. Hæc est non modò Scoti supra, sed & Scotistarum ac Recentiorum sat communiter ut supra. Et Probatur primò autoritate & ratione Scoti 3. d. 8. q. 1. n. 8. Sicut paternitas fundatur super genuisse (intellige veluti conditione, quia propriè fundatur super potentiam generativam) ita hæc paternitas super hoc genuisse, & hæc filiatione super hoc genitum, fuisse, Ubi Scotus clarè insinuat, quod multiplicatà actione & potentia generativà actuali multiplicetur etiam relatio; ergò multiplicatis numero terminis, multiplicantur etiam relationes. Probatur secundò ratione etiam ex Scoto desumptà: Et pono casum, quod Titius habeat plures filios, ad quos dicatur pater, nempe Mævium, Cajum, Sortem, &c. Quando Titius generavit primum filium Mævium, in illo resultavit relatio paternitatis simpliciter loquendo, quæ dicitur Pater Mævii, & manet in illo per annum, antequàm generetur secundus filius Cajus, & tamen non denominavit ipsum patrem Caji; ergò illa paternitas simpliciter fuit ante paternitatem secundam, & consequenter erit in eo alia & alia paternitas, quia non est major ratio, quare ad generationem Mævii resultet paternitas, & non etiam resultet paternitas ad generationem Caji. Probatur consequentia illa, quod videlicet in eo sit alia & alia paternitas, si non esset alia & alia paternitas in Titio, dum genuit Cajum ab eà quæ genuit Mævium, sequitur quod defuncto Mævio destrueretur tota paternitas ad Cajum, sed hoc est inconveniens, ergò. Probatur sequela, secundum Adversarios est unica relatio paternitatis ad Mævium, Cajum & Sortem, sed mortuo Mævio, destruitur tota relatio ad Mævium, ergò destruitur etiam ad Cajum & Sortem; aut si non destruitur, tunc eadem relatio manet & non manet, non manebit, quia ad Mævium est destructa, manebit, quia adhuc refertur ad Cajum & ad Sortem, quæ omnia quod sint inconvenientia, quis non videt?

IV.

Dices: Non destrui aliquam paternitatem in Titio, quando moritur Mævius, sed tantum desinit denominatio extrinseca ad Mævium, non verò ipsa paternitas in se mutatur. Sed Contra Correlativa sunt simul naturà, sed eorum, quæ sunt simul naturà, quando ponitur unum, ponitur & alterum, & quando destruitur unum, destruitur & alterum; ergò sicut generato Mævio resultavit relatio filiationis ad patrem & paternitatis ad filium, ita etiam mortuo Mævio destruitur, & consequenter, ista paternitas verè in se desinit & non tantum per denominationem.

Instabis: Relationem in seipsa non destrui, sed tantum desinere secundum aliquam extensionem, quia sicut ad positionem plurium filiorum non resultavit nova relatio, sed prior fuit tantum extensa, ita etiam ad definitionem Mævii non desinit, sed desinit esse ita extensa,

Sed Contra, illa extensio, vel est aliquid reale de novo adveniens subjecto, vel tantum rationis; non rationis, quia nullo intellectu cogitante, vel aliqua potentia considerante Titius de novo fit Pater Mævii; si reale nihil impedit, quò minus sit relatio nova cum illo posito, Pater ad illum referatur, & illo non posito, non referatur;

Respond. Esse quidem novam relationem, sed integrari cum priori, & sic esse unam adæquatam; Contra: vel intelligitur illa nova relatio ita integrari cum primà, ut adhuc remaneat realitèr distincta, sicut est terminus ejus, vel quòd sit eadem realitèr cum eà, si dicitur primum, habetur intentum; si secundum, tunc dico, quòd falsum afferatur, quia illæ relationes nequaquam sunt eadem inter se cum unà possit esse sine alià.

Probatur Conclusio secundò

specialitèr contra Thomistas ad hominem urgendo: Quia, ut illi farentur multiplicatis specie terminis, multiplicantur relationes specie; ergò multiplicatis numero terminis, multiplicantur relationes numero. Probatur consequentia: Quia ratio multiplicabilitatis specificæ relationum est multiplicitas specifica terminorum; ergò etiam multiplicitas terminorum numerica causabit multiplicitem numericam relationum. Probatur Consequentia: quilibet numero terminus est terminus potens terminare relationem sine dependentià unius ab altero, verbi gratià, quilibet filius terminare potest relationem paternitatis sine dependentià ab alio filio; ergò quilibet erit terminus formalis, & consequenter quilibet potest producere novam relationem.

Dices: Frustrà poni duo accidentia in eodem subjecto simul, quæ sunt ejusdem rationis; ergò frustrà ponuntur plures paternitates in eodem homine ad plures filios. R. dist. si non præsentent diversa munia, concedo ant. si præsentent, nego ant. & consequentiam. Sed directè contra Conclusionem

Opponitur Autoritas Aristotelis 5. Met. c. 14. Ubi habet pro inconvenienti, quòd idem bis dicatur, sed si in Titio essent duæ paternitates, Titius bis diceretur Pater, semel per primam & alterà vice, per secundam; ergò ex mente Aristotelis sequitur, in eodem patre non esse plures paternitates. Sed R. dist. ma. quæ distinctio erit simul explicatio Aristotelis, inconveniens est, ut idem bis dicatur, sub eadem ratione, concedo ma. sub diversà ratione, nego ma. & distingo etiam mi. si in Titio essent duæ paternitates, bis diceretur pater eadem relatione paternitatis, nego mi. alià relatione, concedo mi. & nego consequentiam. Itaq; Aristoteles tantum voluit, quòd in nullà definitione aut alicujus explanatione bis repetatur, ut quòd aliquid bis sit animal, bis rationale.

Instatur. Si Titius propter aliam & aliam relationem paternitatis posset dici bis pater, Titius non esset unus pater, sed plures, hoc est inconveniens; ergò non poterit bis pater, licet alia & alia sit relatio; probatur sequela, per primam paternitatem constituetur,

etur, semel pater, & per secundam etiam constitueretur; ergo Titius non esset unus pater, sed plures. R. negando sequelam ma. Quia licet multiplicentur paternitates, non per hoc tamen constituentur plures patres, quia ad multiplicationem formarum accidentalium non multiplicentur concreta; nisi multiplicentur etiam subiecta, ut patet de eo, qui habet plures scientias, verbi gratia, Philosophiam, Theologiam, Astronomiam &c. non dicitur plures scientes, sed unus sciens, sic licet Titius habeat plures paternitates, non per hoc debet dici plures patres.

Urgetur. In quocumque subiecto reperitur aliqua forma, illa tribuit subiecto suum effectum formalem, sed paternitatis effectus formalis est constituere patrem; ergo si in Titio sunt plures paternitates, plures constituentur partes, quia quaelibet forma est nata, tribuere suum effectum formalem subiecto independentem ab altera, & consequenter etiam ad multiplicationem formarum accidentalium debent multiplicari concreta, quia formae accidentales individuantur per subiecta concretorum. R. dist. ma. In quocumque subiecto, &c. tribuit suum effectum formalem denominantem; concedo ma. ita ut subiectum novum constitueret, nego ma. similiter dist. mi. est constituere patrem, denominativè concedo mi. in esse subiecti, nego mi. & consequentiam; Quia licet quaelibet paternitas communicet subiecto esse denominativum, non communicat & tribuit ei esse denominatum; unde non potest dici: Titius plures patres, bene tamen dupliciter pater; ad illud autem, quod dicebatur, quod accidentales formae indicentur per subiecta, falsum est, demonstravi supra, quia licet ab eis dependant, non tamen dependent in esse formali constitutivo, sed effectivo & extrinseco. Per quod patet etiam, quid respondendum sit ad illud, quod nonnulli pro instantia quaerunt, an Titius sit idem Pater ad Movium & Cajum id est per eandem paternitatem? Si est idem; ergo per eandem paternitatem; si per aliam, ergo etiam erit alius pater, quia est fallacia consequentis; non enim sequitur, est per aliam paternitatem, ergo alius pater, quia ut multiplicatur aetas patris, non sufficit, ut multiplicetur forma paternitatis, sed debet etiam multiplicari subiectum, quod cum hic non contingat, non dicitur etiam alius pater.

VI. **Arguitur.** Gratis multiplicentur relationes numero, ergo. Probatur ant. gratis fit per plura, quod potest fieri per pauciora; sed per unam relationem totum haberi potest, quod praestant plures, ergo; illae gratis multiplicentur: probatur mi. una potentia potest respicere plura objecta, & etiam plures actus; ergo, etiam eadem relatio plures terminos. R. negando ant. cum probationis min. & probat consequentiam, quia nulla est paritas inter potentiam & inter relationem, quia relatio se habet per modum actualis exercitii, quod actualiter ponitur & est; potentia vero se habet tantum per modum potentis aliquid efficere, unde plura quidem respicere potest, non tamen illa plura actualiter simul exercere, quia

F. Amandi Hermann Logica.

potentia volitiva respectum dicit ad posse amare, & non amare & tamen simul non potest idem objectum amare & non amare.

Instatur. Eadem est relatio in pluribus trahentibus currum aliquem, vel navim, ad aliud quodpiam pondus; ergo etiam in actuali exercitio relatio potest plura respicere, & consequenter etiam eadem paternitas potest respicere plures terminos seu plures filios. R. dist. ant. est eadem totalis concedo ant. partialis nego, unde in pluribus trahentibus aliquid, est una relatio integrata ex pluribus partialibus.

Urgetur. Scotus dicit esse eandem numero relationem, ergo nulla responsio. R. Quod si Scotus quandoque hoc dicit, quod loquatur de relatione totali, sicut docet eandem relationem significationis esse in pluribus foliis hederæ, licet ipse etiam admittat in singulis foliis esse aliquam partialem relationem.

QUAESTIO VI.

Unde relationes desumant suam specificationem?

Certum est, quod quemadmodum reliquae omnes res suam specificationem desumunt ab intrinseca & essentiali differentia rei constitutiva, ita etiam accipere relationes suam specificationem, volo dicere: quod sicut homo habet suam specificationem a rationalitate, quod sic etiam relationes habeant ab aliqua intrinseca differentia; quia igitur pro hoc statu ignoramus, quanam sit illa differentia a priori? ideo sicut etiam in pluribus aliis ad extrinsecas differentias recurrimus, & diversitatem earum, unde a posteriori colligamus, quaerimus? Hujus necessitatis ad sic recurrendum aliam rationem esse non puto, quam minimam illarum entitatum, ut satis Scotus insinuat 2. d. 1. q. 4. n. 16. Hoc praenotato circa praesentem difficultatem, duplex est sententia extrema, una, media; Prima est S. Thomae 3. p. q. 35. a 5. quem sequuntur Flandria Bannes, Nazarius Cajet. Bannes, qui omnes dicunt relationem desumere suam specificationem a fundamento, non vero a termino, quia ad eundem numerorum terminum possunt plures specie diversae relationes terminari, ut ad eandem albedinem & relatio similitudinis & dissimilitudinis. Secunda sententia dicit, quod a terminis & non a fundamentis desumenda sit relationum specificatio ex eo, quod in eadem entitate fundentur plures relationes, ita sentiunt plures Scotista, Soncinas Anraup. &c. tertia denique media dicit, quod specificatio tum a fundamento, tum a termino sit desumenda, & haec videtur magis communis Scotistarum, ut Joan. de Magistris Masii Zerbii, quos Suarez, Sanchetz, Complutenses, &c. sequuntur.

I.
Relationum
specificatio
a posteriori
investigatur.

DICO I. Relationes non possunt suam specificationem extrinsecam desumere a fundamento, vel termino materialiter sumptis. Haec est extra controversiam & Probatur breviter; Quia si fundamentum & terminus materialiter spectentur ad eundem specie terminum, possunt relationes specie diversae terminari; ergo nec a fundamento nec a termino materialiter sumptis specificantur.

II.
Non specificantur a termino materialiter sumptis.

ificantur relationes. Probatur aut. quia ad eandem albedinem terminatur relatio similitudinis & dissimilitudinis, sed istae sunt relationes speciei diversae; ergo ad eundem terminum materialiter sumptum plures relationes speciei diversae terminari possunt.

III.
à pluribus
specificari
possunt.

DICO 2. *Relationes specifica, quae non petunt essentialiter terminari ad plures terminos diversae speciei, specificari possunt à fundamento proximo, vel termino proximo, vel ratione fundandi.* Haec apud authores sic non proponitur, in re tamen est cum tertiâ sententiâ, & Probatur quoad singulas partes. Quia quando sunt duae relationes talis naturae, quod non respiciat essentialiter aliquid, quod non respicit essentialiter altera; distinguuntur essentialiter & specie; ergo bene desumi potest differentia specifica à fundamento proximo. Probatur aut. Spiratio passiva essentialiter distinguitur à filiatione divinâ, sed non ex eo, quod petant respicere diversum terminum, quia respiciunt eundem terminum, & si per impossibile non haberent diversas rationes fundandi, seu diversas processiones; ergo quando non petunt terminari ad plures terminos speciei distinctos, bene desumitur specificatio à fundamento proximo. Sed ne alicui negotium faceant relationes divinæ, probo id etiam ex creatis: Relatio diversitatis in homine & equo ad canem est diversae speciei ob diversitatem fundamentorum præcisè, & eodem argumento probatur etiam secunda pars de illis, quæ respiciunt diversos terminos, verbi gratiâ, dissimilitudo & similitudo hujus albi ad illud album, & illud nigrum. Probatur tertia pars, quia secundum probabilem sententiam cognitio clara & obscura de eodem objecto distinguuntur specie, ex eo præcisè quod habeant diversam rationem referendi.

IV.

Dices: Totum esse relationis est ad aliud habere, id est, ad terminum; ergo non specificatur relatio à fundamento. R. dist. ant. totum esse relationis est ad aliud se habere, id est, tota sua essentia consistit in eo, quod refertur suum fundamentum ad suum terminum; concedo aut. ita quod nihil respiciat, præter solum terminum; nego ant. & consequentiam simul, quia cum essentialiter postulat relatio habere aliquid, quod refertur seu fundamentum, quam aliquid ad quod refertur, scilicet terminum, non est ratio, quare magis sumeret suam specificationem ab uno, quam ab altero; ergo si nec solus terminus, nec solum fundamentum dat esse relationi, nec etiam unum vel alterum solum dabit specificationem, sed hoc jam, jam illud juxta exigentiam, secundum quam petunt referri, ut conclusionem specificavi; si verò casus conclusionis non est, tunc ab utroque simul desumere possunt suam specificationem. Et hæc limitatio valet ad occurrendum multis argumentis & ad ea solvenda.

Instabis: Quando producitur calor ab aliqua causâ in instanti, & alius calor successivè est vera relatio causæ ad effectum in utraq; productione, eaq; specie distincta sed fundamentum est idem, sicut & terminus, ergo, &c. ergo non bene potest desumi specificatio relationis ab utroque; R. dist. ma. quoad illam partem, quæ

dicit, quod sint diversae speciei essentialiter, nego ma. accidentaliter concedo, ita videlicet, quod in uno producantur plures partes simul, in alio non, & sic etiam esset respondendum de aliis effectibus in instanti & successivè productis.

QUÆSTIO VII.

Quodnam sit supremum genus hujus prædicamenti?

Antequam ad resolvendam questionem moveam manum, Prius prænotare oportet modum relativorum & relationum, quos Aristoteles 5. Met. cap. 15. assignat, qui sunt secundum tres principales. Primus modus est eorum relativorum vel earum relationum, quæ fundantur super unitatem & multitudinem, ubi per unitatem non intelligitur numerica, sed quamcumque convenientiam & unitas aliorum, sive sit postea generica, sive specifica. Triplex autem est unitas, scilicet unitas in substantia, unitas in quantitate, & unitas in qualitate, similiter etiam triplex est multitudo, nimirum in substantia, quantitate, & qualitate; Relatio fundata super unitatem in substantiâ vocatur identitas, ut est inter hominem & brutum, propter rationem genericam, inter Sortem & Cajum, ex specifica insuper, qui dicuntur eandem habere naturam. Relatio quæ fundatur super unitatem in quantitate, dicitur æqualitas, & est quando aliqua duo habent convenientiam in quantitate, ut duo ligna bipalmaria; aliqui huc recensent etiam convenientias in perfectione; verumtamen cum non sit hic de quantitate virtutis, sed molis sermo, ex mente Aristotelis simpliciter sunt excludendi. Relatio, quæ fundatur super unitatem in qualitate, dicitur similitudo, ut est relatio quæ rosa A dicitur, similis rosæ B propter albedinem, vel virendem in utraq; subjectam; E contra verò relatio, quæ fundatur super multitudinem in substantiâ est ea, quæ habet disconvenientiam in essentia seu naturis vel totalibus, ut homo & animal; vel partialibus, ut inter vivens brutum & plantam, & dicitur diversitas, quæ fundatur in multitudine quantitatis est inæqualitas, & quæ in multitudine qualitatis dicitur dissimilitudo.

Secundus modus relativorum & relationum est earum quæ fundantur in actione vel passione, Circa quem modum satis inter se diversificant Authores, quæ diversitas suam habet originem ex multiplici acceptione actionis & passionis; nam primò accipitur pro mero respectu aptitudinali, videlicet pro factivo & factibili, seu pro agente in potentiâ, ad passum in potentiâ; sed in hac acceptione huc non spectat, quia non est prædicamentalis, sed transcendentalis rei identificata. Secundo modo accipi potest actio & passio pro actuali respectu rei transmutantis ad transmutatum, & transmutati ad transmutans, ut est percipientis ad percussum; verumtamen nec in hac acceptione huc inservit, quia est respectus extrinsecus adveniens, qui particulare constituit prædicamentum, & se hic per modum conditionis tantum habet, non verò pro ratione fundandi aliquam relationem hujus prædicamenti, quia tantum durat per illud tempus, per quod durat

actio, & postmodum statim definit, ratio vero fundandi in hoc predicamento debet semper manere, quamdiu durat relatio. *Tertio de viq;* modo prout hic de ea agitur, accipitur actio pro potentia activa in actum reducta, & passiva pro potentia passiva producti, sicut se habet generatio activa patris ad filium, ubi relatio fundatur in potentia generante, & actio requiritur veluti conditio necessariò prerequisite. Et ad hoc genus reducuntur etiam earelationes, quæ fundantur quasi in actione, ut est relatio discipuli ad Magistrum, Domini ad servum, quæ relationes fundantur in pactis, quæ moraliter censentur manere.

Tertius modus relativorum

ab Aristotele assignatus, continet relationes non mutuas, quæ fundantur in mensura & mensurabili, quales sunt scientiæ ad objectum, visus ad visibile, in quibus actus sciendi & videndi relationem dicunt ad objecta, objecta vero e contra non referuntur ad actus, huiusmodi autem relationes censentur à multis transcendentales, & non predicamentales, & quando eis opponitur Aristoteles; Respondent, eum locutum fuisse ad gustum vulgi, non vero quòd ipse se senserit; attamen quia Scotus videtur favere, quasi revera sint relationes ad hoc predicamentum spectantes, unde pro explicatione huius rei, in qua non modica est difficultas, sequentia subijcio notanda ex Scoto quodl. 13. per totum; Itaq; sciendum prater respectus, quos dicit actus ad potentiam elicentem, verbi gratia, intellectus ad intellectum; dicere etiam varios respectus ad ipsum objectum; primo enim dicit ad objectum relationem tendentis, quæ vocatur relatio *attingentis*, quia per illam potentia mediante suo actu, seu ipse actus attingit objectum, & hæc relatio est realis sibi actus, in quo fundatur sit intuitivus, & objectum aliquod reale existens, quia est inter extrema actu existentia; si autem actus sit cognitio abstractiva realis, non erit relatio, quia objectum vel non est existens, vel saltem non concurret, ut existens ad cognitionem. Secundo actus dicit relationem dependentis in suo esse ad objectum, tanquam effectus ad suam causam; & hæc relatio est realis, si objectum est reale, & spectat ad secundum modum, estq; distincta a priori, quia Deus posset in re producere cognitionem sine ullo concursu ipsius objecti, per quem meus intellectus attingeret objectum per cognitionem, quæ non diceret dependentiam ad objectum; ergò distinguuntur istæ duæ relationes, nempe attingentis & dependentis. Tertio, dicit actus relationem *mensurabilis ad objectum*, tanquam ad mensuram ipsum mensurantem, & huius relationis natura difficultè investigari potest, maximè tenendo, quòd distinguantur realiter ab extremis, ut cum communi teneo. Pro quo sciendum 2. mensurari actu, juxta dicta, supra quam cognoscere perfectionem intrinsecam alicujus rei, per alterius rei perfectionem, in ratione accessus vel recessus, ad perfectionem rei perfectioris, ut ut mensurari dicat duplicem respectum, unum ad intellectum, cui notificatur ejus perfectio mensurata; alterum ad rem mensurantem, seu ad objectum, quæ dicitur mensura cog-

nitiois, & certificat intellectum de quantitate perfectionis rei mensurata, & hi duo respectus sunt rationis, & nec unus nec alter spectat ad tertium modum relativorum, unde notanter Philosophus non dixit: relationes huiusmodi consistere in respectu mensurati ad mensuram, sed mensurabilis ad mensuram, quod potest dupliciter accidere, primo ita, ut major vel minor perfectio cognitionis sit apta, cognosci per majorem vel minorem perfectionem objecti, quòd objectum in se est essentialiter perfectius cognitione, & si sic intelligatur mensurari ab objecto, non quælibet cognitio est nata mensurari ab objecto, quia ipsa cognitio sæpè est in se perfectior essentialiter, quam sit objectum, verbi gratia, cognitio albedinis est essentialiter perfectior albedine. Secundo potest hoc intelligi ratione majoris perfectionis in objecto, scilicet quia cognitio est imago quædam & similitudo objecti, eatenus dicitur ab eo mensurabilis, quatenus imitatur ipsum objectum, tanquam res participata, illud à quo participat suum esse, seu ut loquitur Scotus: tanquam ideatam ideam, & quatenus sic imitatur objectum, potest esse ipso imperfectior, & in quantum dicit qualitatem spirituales, vitalem, sit perfectior, & in hæc relatione consistit tertius modus relativorum, & quòd ista relatio distinguatur realiter à cognitione, ex eo patet, quia potest Deus conservare cognitionem destructa specie intelligibili & objecto simul, quo casu potentia non attingeret objectum, quòd clarius videre est in actibus voluntatis, quia Deus posset ponere actum amoris in voluntate non præsentis objecto, in quo casu nec amaret nec attingeret; ergò attingentia distinguuntur realiter idem dico casu, quo poneret visionem beatam in lapide. His ergò præmissis sat difficultibus in hæc questione quaeritur primo, an Relatio habeat aliquod supremum genus? secundo, an hæc tria genera relationum sint huius predicamenti propria & adequata? utrumq; in Scholis sat controversum, Attamen ad primum

DICO I. Datur aliquod supremum genus

Relationis. Ità Scotus q. 25. predicam. & in 2. dist. 1. q. 4. n. 16. Cujus autoritate probatur, nam citatus primo loco, dicit: *Generalissimum in genere relationis est unum*, & in secundo asserit, quòd *relatio habet suam distinctionem in suas species, sicut aliud genus habet distinctionem in suas species*. Probatur Conclusio: Quodlibet predicamentum debet habere aliquod supremum genus, sed relatio est predicamentum à cæteris distinctum; ergò debet habere aliquod supremum genus. Probatur mi. quia relatio huius predicamenti est res à cæteris distincta, sed quælibet talis res distincta constituit aliud predicamentum ab alio; Ergò. Probatur: Illud verum est genus, quòd predicatur de suis inferioribus specie diversis; sed in relatione ut sic est aliquod, quòd predicatur de inferioribus suis specie diversis; ergò habet verum genus. Probatur mi. quia relatio ut sic de omnibus inferioribus predicatur, secundum respectum ad aliud se habere; ergò predicatur de pluribus inferioribus specie diversis secundum eandem rationem. Sed in Contra.

IV.

Datur supremum genus Relationis.

Arguitur. Non potest abstrahi ab omnibus relationibus hujus prædicamenti aliqua ratio communis prædicamentalis; ergo non debet assignari aliquod supremum genus hujus prædicamenti. Probatur ant. quia non potest abstrahi ab omnibus fundamentis relationum particularium aliquod fundamentum univocum ipsis; ergo neq; poterit abstrahi à relationibus illis particularibus aliqua ratio univoca ipsis. Probatur consequen. Quia illa relatio deberet habere fundamentum unum abstractum à fundamentis aliarum relationum. **R. 1.** negando ant. cum suâ probatione, quia licet non possit abstrahi aliquod unum fundamentum commune fundamentis particularium relationum, ratione entitatis, quia sic ad diversa prædicamenta pertinent; potest tamen reductivè aliquod commune fundamentum haberi. **R. 2.** negando ant. cum consequentiâ suâ probationis; & probationis ejusdem, quia cum relationes possint fundari in rebus primò diversis diversorum prædicamentorum, quæ non conveniunt in aliquo conceptu communi prædicamentali, non est necessè, ut relatio ut sic fundamentum prædicamentale determinatum, sed sufficit, quod sit aliquod indeterminatum, & idem dicendum est de termino.

Instatur. Omni relationi debet correspondere correlatio; ergo & relationi ut sic & consequenter non datur aliqua relatio, quæ sit supremum genus hujus prædicamenti. Probatur consequentia; quia relatio quæ est supremum genus hujus prædicamenti est communis omnibus aliis, relatio & superior illis; sed relatio habens correlationem non est superior illâ, ergo. **R.** negando ant. tùm quia solum torquet hæc instantia solos Thomistas, qui asserunt relationem terminari ad suam correlationem; Scotistis verò contrarium sentientibus nihil negotii facit, quia illa suprema relatio potest terminari ad aliquod absolutum, & sic non debet terminari ad correlativum, & hoc dicendo, licet illud absolutum haberet correlationem, adhuc relatio illa posset esse ipsa prior pro instanti naturæ, quia ad ipsam non terminaretur, & pro illo instanti, quo prior esset, esset etiam ad eam superior. **R. 2.** negando iterum ant. quia relationes tertii generis non habent correlationem secundum communem; ex quo patet, quod relatio ut sic, quæ est supremum genus hujus prædicamenti, correlationem non habeat, quia si haberet, necessarò omnis relatio contenta, sub ipsâ habere deberet correlationem. **R. 3.** dist. ant. relationi cuiq; in particulari transeat, relationi ut sic abstractæ ab omnibus inferioribus, nego, & consequentiam.

VI. **Dico 2.** Præfati tres modi relativorum & relationum sunt sufficienter assignati. Ita post Doctorem Zerbiū &c. plures Scotistas Maltrius: Quia omnes relationes, quæ haberi possunt, in illis tribus comprehenduntur modis, & ad illos reducuntur; ergo sunt sufficienter assignati. Probatur ant. Quia si aliqua non reducerentur ad istos tres modos, maximè relationes causæ materialis, formalis, & finalis, ad suos effectus, distantia, coexistentia & propinquitatis, re-

Bene enumerantur tres modi relativorum,

latio unionis & amoris ad amabile; sed istæ relationes omnes aliquo modo possunt ad eas reduci; ergo. Probatur mi. quia in primis relationes causarum possunt reduci ad secundum genus, sumendo actionem & passionem in largiori aliquâ acceptione, relationes distantia & propinquitatis ad modum primum, sumendo unitatem & multitudinem pro convenientiâ aliquorum, etiam ad locum, undè quemadmodum duæ albedines dicuntur sibi similes, quia habent unitatem in qualitate, sic propinquitas erit convenientia duorum in aliquo loco &c. itè unio propter eandem rationem extendendo unitatem entitatis ad unitatem unionis, & omnia sex ultima prædicamenta congruè reducuntur ad actionem & passionem, quia in quolibet invenitur aliquid activum & passivum. Relatio denique amoris ad amabile, si non aliâ ratione, saltem ratione non mutuitatis reduci poterit ad tertium modum relativorum, & insuper, quia est actus vitalis; si verò consideretur veluti effectus ad suam causam, tunc ad secundum modum: ergo &c.

Dico 3. Species relationis ut sic, prout hoc quantum constituit prædicamentum, non sunt enumerati modi supra in quantum comprehendendum relationes, quæ quocq; modo ad eos reduci possunt, bene tamen ex singulis modis desumi possunt. Hæc in re est etiam Maltrius.

Probatur prima pars, quia Aristoteles non intendit per enumerationem illorum modorum assignare species hujus prædicamenti, sed solummodò explicare rationes ad quas omnes relationes congruè reduci possent; quod autè non intenderit, ex eo patet, quia exempla quæ attulit, nonnulla spectant ad relationes extrinsecus advenientes, alia planè ad relationes transcendentales.

Probatur etiam secunda pars, quia in omnibus tribus modis reperiuntur relationes intrinsecus advenientes, ergo non ex uno, sed ex omnibus species desumi debent.

Pro Completo hujus materiae Nota Aristotelem in cap. ad Aliquid, quinque assignasse proprietates relationum. Prima est: habere contrarium, sic dissimilitudo contrariatur similitudini, hoc tamen intelligendum est ratione fundamentorum, quæ se pellunt formalitè ab eodem subiecto, qualia possunt esse albedo & nigredo; hæc proprietas etiam non convenit omnibus, quia Pater & Filius non contrariantur sibi propriè. Secunda proprietas est suscipere magis & minus, hocq; non formalitè, sed fundamentalitè, sed nec hæc omnibus competit; Quia relationes identitatis & diversitatis æqualitatis, & secundi modi non suscipiunt magis & minus, quia esse ejusdem speciei, vel diversæ esse æquale, vel Patrem aut Filium in indivisibili consistit; sicut etiam relationes similitudinis, quia illa tantum censentur similia, quæ in eodem gradu qualitatis conveniunt, verbi gratiâ, duo alba ut quatuor. Dissimilitudo verò quæ huic opponitur, magis & minus suscipit, in hunc sensum, quia magis simile est, album ut duo, albo ut octo, quam album ut sex. Item relationes inæqualitatis, quia magis inæqualis est palmus ulnæ, quam semi-

una; quo sensu dixit etiam Aristoteles 4. Met. 4. non eodem modo errare eum, qui putat quatuor esse quinque, qui putat esse centum. Tertia proprietates est, quod ea, quæ sunt ad aliquid dicantur ad convertentiam, id est, quod valeat ab uno ad aliud, ut, Pater est, ergo Filius, & contra Filius est, ergo Patris Filius. Quarta

est: Quod relativa sint simul natura; id est quod posito uno, ponatur & aliud, & quod ablato uno, auferatur & aliud. Quinta denique quod sint simul cognitione, id est, quod ad cognitionem unius, sequatur & sequi possit cognitio alterius.

DISPUTATIO VII.

DE SEX ULTIMIS PRÆDICAMENTIS.

Materiam hanc conabor expedire breviter, non æquidem ratione ductus, quam nonnulli adhibent ex eo, quod res sit parvi, & non de tantâ difficultate, in quo maxime videntur injuri, sed ex eo, quia in Physicâ tam de actione, quam de loco & tempore reditur sermo. De his prædicamentis ex professo fusè scripsit Gilbertus Porretanus, Pictavorum Episcopus, Divi Bernardi coadjutor, contra quem etiam idem sanctus calammum serm. 30. in Cantica & in Concilio Rhemensi strinxit, qui propter solertiam in explicandis prædicamentis, à Scholasticis Author sex principiorum intitulari meruit. Suppono autem cum Scotistis communiter, sex ultima prædicamenta esse relationes extrinsecus advenientes, quia non possunt dici, quod sint denominationes extrinsecæ, quia videtur ridiculam dicere manum meam calefactam ex applicatione ignis esse extrinsecam denominationem, et si que difficultas fuerit in decursu solvam: sit igitur

QUÆSTIO I.

De Actione & Passione V. & VI. Prædicamento.

Omnia quæ de actione, vel passione in controversiam vocari possunt, in hæc explicabo quaestione. Circa actionem verò potissimum quaeritur, quæ nam relatio constituat hoc prædicamentum? secundò in quo subiectetur? tertio an semper intercedat inter causam & effectum? Pro Resolutione primi dubii.

Notandum 1. Actionem esse nomen equivocum, quia significat plura, secundum diversam rationem; primò enim significat actiones vitales, quibus potentia vitales tendunt in sua objecta, ut intellectus in intelligibile, voluntas in volibile, visus in visibile; secundò sumitur pro re aliqua actâ, seu, pro effectu productò, & sic quemadmodum priores sunt immanentes de genere qualitates, ita etiam tales actiones non spectant ad aliquod particulare prædicamentum, sed jam ad hoc, jam illud, juxta diversitatem & exigentiam cujuslibet rei productæ. Tertio tandem accipitur pro respectu, qui resultat in causam producentem aliquem effectum, & inter ipsum effectum, Verum

Notandum 2. Quòd in productione effectus ab aliquo agente creato variè intercedere possint relationes, verbi gratiâ, quando ignis producit aliud ignem, tunc primò passum, verbi gratiâ lignum, primò transmutatur accidentalitèr per requisitas dispositiones ad formam ignis introducendam, si sit subiectum in-dispositum, & tunc resultat relatio transmutantis ad transmutatum accidentalitèr: postea reperiuntur duæ relationes aptitudinales, inter agens & effectum proximè producendum, scilicet productivæ & producibilis; similiter duæ actuales, nempe producentis & producti, verbi gratiâ, quando ignis producit formam substan-

tialem ignis in materiam ligni, & talis relatio vocatur in agente generatio activa, productio activa, & actio, &c. & in effectu dicitur generatio passiva, productio passiva, & passio &c. & hanc concomitatur relatio transmutantis & transmutati. Præterea intercedit duplex alius respectus, vel relatio inter agens & effectum à se productum, non infieri, quemadmodum consistebant priores, sed in facto esse, & hæc manet, quamdiu manet utrumq; extremum in tali statu, vocatur iisdem nominibus sicut priores, præterquam quòd loco illius infieri addatur in facto esse, & est intrinsecus adveniens, sive sit illa, quæ terminatur ad solam formam productam, seu ad totum compositum; deinde sunt etiam relationes educantis ad eductum, inducentis ad inductum, de quibus in Physicâ, quæ sunt omnes intrinsecus advenientes, & à se invicem distinctæ, ex eo, quòd una detur & reperiatur sine alterâ, nam anima rationalis inducitur in corpus, & non educitur de corpore, quia creatur, & quia agens creatum non producit aliquam formam connaturalitèr, nisi dependentèr à subiecto & in subiecto. Tandem inter agens & subiectum, seu passum in quod introducit formam, resurgit relatio transmutantis ad transmutatum in facto esse, sicuti superius dicebam, resultare relationem transmutantis ad transmutatum infieri, post activam generationem & activam productionem in fieri, quæ relatio transmutantis ad transmutatum est relatio extrinsecus adveniens, ut docet Scotus 4. d. 13. q. 1. n. 11. his verbis: *ille autem respectus, qui est, ad passum est, extrinsecus adveniens, quia bene possibile est activum & passivum esse, & etiam approximata, & tamen non habere istum respectum, quòd agens sit illud, à quo transmutatur, nec subiectum illud sit, quòd transmutetur, utpote si est aliquod impediens actionem &c.* De quâ ratione ad resolvendam primam partem hujus quaestionis circa actionem

Dico I.

III.

Relatio
transmutan-
tis ad prædic.
actionis spe-
ctat.

DICO I. Ad prædicamentum actionis spectat relatio transmutantis ad transmutatum. Est Scoti sapientissimè, & maximè cit. sup. n. 11. ubi ait: Sic ergò (loquitur de actione, prout distinguitur ab aliis respectibus) cum sit respectus extrinsecus adveniens, ut primò est deductum, erit habitudo agentis ad passum transmutatum. Hæc conclusio est etiam conformiter ad mentem Gilberti Authoris sex principiorum, qui sic actionem definit: Actio est secundum illud, quod subicitur, agere dicimur, id est, passum illud transmutando. Et Probatur breviter conclusio, Quia illud maximè spectat ad hoc prædicamentum, quod propriè vocatur actio, sed ex omnibus respectibus prædictis nihil magis propriè vocatur actio, quàm illa relatio, per quam agens agit in aliud, illud transmutando, ergò, &c. Sed

IV.

DICES; Unio hypostatica non est actio, sed illa spectat ad hoc prædicamentum, ergò nomine actionis non intelligitur actio transmutantis ad transmutatum. R. negando consequentiam, quæ non sequitur, quia dum dico, quòd relatio transmutantis ad transmutatum sit actio, per hoc non excluditur, quòd minùs etiam aliæ relationes possint ad hoc prædicamentum spectare, sed tantum adstruit actionem illam principalitèr huc spectare, ad quam postea earum relationes reducuntur, quæ ejus rationem participant; quando enim per actionem producitur in subiecto transmutato forma aliqua, sive accidentalis sive substantialis materialis: tunc resultant etiam relationis in hærentiæ, dependentiæ unionis, quibus in subiecto correspondet receptio passiva & alia unio, quæ sunt omnes relationes extrinsecus advenientes. R. 2. Quòd licet ab Authore prædicamentorum in puris naturalibus constituto non fuerit agnita illa unio hypostatica, ipsa tamen poterit congruè ad actionem reduci, ut habet Scotus 3. d. 1. q. 1. quia habet maximam affinitatem ad relationem actionis ad subiectum, quia sicuti actio sustentatur à subiecto, & dependet ita illa unio à Verbo, esto illi non in hæreat, actione tamen unitivà non est de genere actionis, quia est divina.

V.

Actio est in
agente.

DICO 2. Actio subicitur in agente, & passio in passio: ita Doctor: ita supra Doctor n. 9. &c. Et Probatur primò. Ex inconvenienti quòd Scotus adfert, Irrationabile est, dicere: passum est agens; ergò irrationabile est dicere: passionem esse in passio. Probatur consequentia: Quæcumq; forma, quæ in aliquo est, constituit subiectum esse informatum ab ipsa, sed si actio esset in passio, constitueret passum formalitèr agens, sed hoc est irrationabile dicere; ergò etiam quòd actio sit in passio. Probatur 2. Illud per quod Pater denominatur & dicitur generare filium, est in patre, & non in filio; ergò id, per quod denominatur creatura generare & agere, est in ipso; probatur ant. quia si non esset in Patre sed in filio, non esset necessè, ponere in divinis paternitatem; sed hoc repugnat fidei & bonis moribus; ergò. Probatur: sola filiatio posset denominare generantem & genitum; ergò non esset necessè ponere paternitatem. Probatur ant. quia si actio generativa esset in filio, verè posset ipsum deno-

minare generantem, & genitum etiam, quia constitueret filiationem divinam. Probatur tertio: Quia respectus & fundamentum proximum & ratio fundandi sunt in eodem, sed fundamentum proximum seu ratio proximè activa est in agente; ergò etiam ipse respectus. Major est certa, sicut & minor; ergò consequentia est quoq; optima. Probatur quartò. Nullæ duæ relationes oppositæ sunt in eodem, sed actio & passio sunt relationes oppositæ; ergò non sunt in eodem; subsumo: sed passio est in passio; ergò actio erit in agente; quia in passio esse non potest, cum sit ibi passio. Probatur consequentia, quia cum sit accidens, necessariò petit in aliquo subiectari, in nullo potius, quam in agente, ergò.

Opponitur Autoritas Aristotelis,

4. Met. t. 16. ubi ait: ædificationem esse in ædificato, & omnem actionem transeuntem esse in facto, & universalitèr omnem motum esse in eo, quod movetur; ergò actio non subicitur in agente sed in passio. R. Aristotelem intelligendum in omnibus illis dictis de actione, prout sumitur, pro re actâ, non verò prout sumitur pro illo modo, & illâ entitate, quæ agens formalitèr producit ipsam rem; quando verò expressè dicit: nullum movens movetur; bene dicit, sed nihil contra me, quia per ly movetur, intelligit motum proprium propriamq; mutationem, quæ mutaretur movens, quòd verum est, & etiam supra dixi ad relationem non dici motum per se & propriè dictum.

Instatur. Aristoteles bene divisit actionem in immanentem & transeuntem; sed si omnis actio esset in agente, malè divisisset; ergò non vult Aristoteles intelligere in superioribus locis per actionem rem actam. Probatur mi. quia omnis actio esset immanens. Sed R. dist. ma. bene divisit actionem in immanentem, & in transeuntem ratione terminorum; concedo, ratione formalis actionis, nego ma. & mi. & distingo similiter ejus probationem, omnis actio esset immanens, id est, sumpta pro formali entitate, à quâ denominatur agens tale, concedo; esset omnis actio immanens ratione termini producti, nego ant. & consequent. Itaq; quando Aristoteles divisit actionem in immanentem & transeuntem, aliud non voluit, quàm quòd terminus productus aliquando recipiatur in ipso agente, & idèò dicitur actio immanens, id est, immanentèr producens terminum suum, & quòd iterum aliquando producat suum terminum non in se ipso, sed in alio; exemplum primæ actionis sunt omnes actiones vitales & intellectuales; exemplum secundæ, est frige factio, calefactio, ædificatio, &c.

Urgetur. Illa actio immanens seu ille terminus immanentèr productus, non erit distinctus ab actione formali; ergò illa actio immanens erit in termino veluti in subiecto. Probatur: quia ipsi identificabitur. R. negando ant. cum suâ probatione, nam licet sint in eodem subiecto, non sunt tamen cum eo identificata, ut patet ex supra dictis. Replica, quæ de Deo ad creaturas affertur, in quo actio non est, sed in passio non subsistit, quia Deus ob im-

mutabilitatem suam est incapax omnis novæ formæ. Ad tertium Dubium.

VII. **Dico 3.** Inter Causam secundam, & ejus effectum in creatis, semper intercedit aliqua actio, à qua dicitur formaliter producere suum effectum. Est communis contra Nominales. Probatur, quia non potest dari denominatio realis absq; causâ reali, à qua proveniat, sed denominatio actu causantis vel producentis & agentis est denominatio realis; ergò debet dari aliqua causa, unde proveniat, sed absq; aliquo intermedio, inter ignem & calorem productum non datur ulla causa, unde oriretur illa denominatio agentis in igne; ergò datur aliquid intermedium. Probatur mi. quia illa denominatio non provenit ab ipso igne, nec à calore, nec ab utroq; solo, nec ab utroq; simul, ergò, quia omnia illa possunt esse absq; illâ denominatione; ergò. Confirmatur, quia impossibile est in creatis transire de novo à contradictorio in contradictorium absq; mutatione extrinsecâ vel intrinsecâ.

VIII. **Passio** Ut constituit hoc prædicamentum, sumitur pro respectu opposito actioni subjectivè residente in passio, sicut actio in agente; unde eam Scotus in 4. d. 13. definit, quòd sit respectus passivi ad agens, seu transmutati ad transmutans. Cum autem actio & passio sint relationes mutue, quæritur, cur passio distinctum prædicamentum constituat? quia relativa mutua ordinariè in eodem prædicamento collocantur; Tartaretus dicit hoc tantum esse verum de relationibus intrinsecis advenientibus, non verò de relationibus extrinsecis advenientibus, contra tamen facit, quòd ubi activum & passivum sint relationes extrinsecis advenientes, & tamen ponantur in eodem prædicamento, quare dicendum puto, quòd quandoquidem hæc divisio est artificialitè inventa, pro faciliori captu ad evitandam confusionem, duo prædicamenta constituere, & fortè etiam, quia reliqua quatuor non participant propriam rationem actionis & passionis.

QUÆSTIO II.

De Ubi & Situ VII. & VIII. Prædicamento.

Hic pauca de Ubi dicam, quia ejus generis tractio prout supra insinuavi ad Physicam spectat. Notandum est ergò, quòd ubi de quo hic est sermo sit illud, per quod formalitè aliquid est in loco, & ideo dividitur in ubi activum & passivum, seu in extrinsecum & intrinsecum; ubi activum, seu extrinsecum est respectus fundatus in re ambiente, locante, & ubicante, & terminatus ad rem ubicatam, locatam, & ambitam; Passivum e contra est respectus fundatus in re ubicatâ, locatâ, & ambitâ, & terminatus ad rem ubicantem, locantem, & ambientem. Ubi adhuc potest dividi in ubi naturale, quod exigit res, & violentum, à quo aueritur, ac neutrum ad quod se habet indifferenter, nec exigendo, nec recusando. Utrumq; in definitivum & circumscriptivum; definitivum propriè loquendo est à quo res habet esse in aliquo loco cum penetrabilitate, non expellendo

F. Amadi Hermann Logica.

aliud ab eodem loco, sive res sic ubicata habeat partes extra partes in loco, sive non habeat. Ubi circumscriptivum est à quo res habet esse in loco cum impenetrabilitate, expellendo alia ab eodem loco. His suppositis quæritur in quo nam consistat ubi? ad quod

Dico I. Ubi consistit in respectu extrinsecus adveniente, subjectato in re locatâ & terminatâ ad locum. Ita Doctor 2. d. 2. q. 6. Probatur primò directè: Quia omnis actio nova & realis debet habere terminum novum & realem, per ipsam ab agente productum, sed Titius, verbi gratiâ, ponitur in loco per veram actionem realem; ergò per illam aliquid de novo producitur, ratione cujus dicatur jam locatus & ante non, sed non est aliud assignabile, nisi respectus realis & extrinsecus adveniens, ergò. Probatur secundò: si non esset respectus realis extrinsecus adveniens, esset fortè denominatio aliqua extrinseca; sed in eâ non consistit; ergò in illo respectu; ma. est advers. Probatur mi. Quia potest esse locus & res locata in rerum naturâ, absq; eo, quòd res locata sit in illo loco, denominetur ab eo, ergò res illa non habet esse in loco, per denominationem extrinsecam; probatur consequentia, quia locus præcisè determinat rem loca tam ad esse in loco.

Dices I. Locum determinari ad dandam denominationem, locata per actionem causæ efficientis, sed Contra ex hac ipsâ responsione sequitur, quòd sit actio nova, quando ponitur res in loco, sed non potest esse actio nova, quin per eam aliquid de novo producat, ergò debet aliquid fieri de novo per actionem locantem, illud autem debet esse vel in loco vel in locato, & sic non desumetur tantum denominatio extrinsecâ præcisè à loco.

Dices 2. Quando res ponitur formalitè in loco, accipit solam indistantiam ipsius ab hoc loco. Sed Contra: Illa indistantia vel consistit in aliquo positivo, vel tantum negativo; si primum, cur idem non potest dici de ubi si secundum; ergò dabitur negatio negationis. Deindè impossibile est, quòd per motum realem ponatur per se primò negatio. Sed adhuc magis principalitè

Dices 3. Potest aliquis habere ubi reale intrinsecum sine ullo respectu reali; ergò. Probatur ant. si solus unicus angelus existeret, & nullus locus esset, sed essent tantum spatia imaginaria, in hoc casu posset terminare actionem realem locomotivam, posset enim à Deo transferri de unâ parte spatii imaginarii ad alteram partem, ita ut si crearetur mundus, sicut defacto est, Angelus ille haberet locum suum Cistercii, verbi gratiâ, cum præsupponatur, quòd prius haberet locum suum Alsiti, sed tunc haberet ubi intrinsecum, ergò. Pro solutione hujus difficultatis Notandum ex Mastro: duplex adhuc esse ubi, unum locale, alterum præsentiale; locale attenditur in ordine ad locum, qui est terminus ejus; præsentiale verò attenditur in ordine ad partes diversas, non quidem formales, sed virtuales substantiæ divinæ ubiq; diffusæ, cum enim hæc sit virtualitè

II. Ubi est realis respectus extrinsecus adveniens.

VI.

III.

tèr divisibilis, habet consequenter virtutem terminandi diversas præsentias, ut patet ex Scoto 1. d. 2. q. 7. dicitur autem hoc ubi præsentiale simpliciter, & non locale, quia divina substantia non est locus corporum; nunc R. cum Maestro: Angelum in tali casu habiturum suum ubi intrinsecum præsentiale tantum, & non locale, & per illam translationem de spatio in spatium imaginarium acquirere præsentias, quæ pro termino respicerent diversas partes virtuales divinæ substantiæ, per spatium imaginarium ubiq; diffusa.

IV.

Situs, seu positio dupliciter accipitur.

Pro Altera parte tituli Advertendum, quod situs alio nomine à Scoto 4. d. 10. q. 1. n. 14. 15. & 16. vocetur *positio*, quæ dupliciter potest considerari; una positio est dispositio partium alicujus rei inter se, ita quod hæc pars determinatè uniatur illi parti, & non alteri, & quod utraq; sit extra alteram entitativè, verbi gratiâ, ut caput uniatur collo, & non pedibus, & dispositio coincidit cum extensione entitativâ, de qua supra, quam dispositionem potest res habere, esto, sit extra omnem locum, ut si esset aliquis in spatio imaginario, vel in loco indivisibili, ut est corpus Christi in Eucharistiâ. Alia positio est dispositio partium, quæ hoc prædicamentum constituit, in qua non attenditur dispositio secundum se tantum, sed etiam in ordine ad locum, ita ut si res poneretur in loco, secundum hanc positionem, possent dici stare, sedere, ambulare, decumbere; quod autem hæc duæ positiones inter se distinguantur, patet ex eo, quia una potest mutari non mutatà alterâ, nam prima semper manet, quamdiu manent partes inter se unitæ; secunda verò potest mutari, verbi gratiâ, statio in sessionem & contra, item quia Christus habet primam & non habet secundam in Eucharistiâ. Hoc præmissis & præexplicatis.

V.

Describitur situs.

Dico 2. Bene describitur situs, ut hoc constituit prædicamentum, quod sit ea dispositio partium in ordine ad se, ratione, cujus si res ponatur in loco, dicitur sedere, vel stare, quæ dispositio est respectu extrinsecus adveniens.

Probatum prima pars: Quia per illud bene aliquid explicatur, per quod describitur & exprimitur ejus natura, & ab omni alio distinguitur, sed per hanc descriptionem bene ab omni alio distinguitur, & explicatur ejus natura, quia est aliquid reponibile in prædicamento; ergo probatur mi. quia si non distingueretur ab omni alio, maxime non distingueretur ab ubi, sed ab ubi distinguitur, ergo. Probatum mi. Quia Christus Dominus in Eucharistiâ habet ubi, & non habet situm; Item, quia remanente eodem situ potest variari ubi, verbi gratiâ, in ambulante, in stante, sedentève super navim &c. Deniq; res spirituales habent ubi, & tamen non habent situm.

Probatum secunda pars: Quia non est absolutum dicens respectum transcendentalem, nec denominatio extrinseca, ut patet ex dictis, ergo.

VI.

Dices: Eadem potest esse dispositio partium in ordine ad se, dum jacet aliquis, & dum stat; ergo situs non consistit in tali ordine par-

tium. R. dist. consequens, prout est quid distinctum, à prædicamento ubi, nego consequentiam, prout dicit etiam respectum ubi consequentiam. Ut autem hæc distinctio melius percipiatur, advertendum situm posse capi pro formâ illâ, à qua res habet esse sedens, vel stans in loco, & sic includit ipsum ubi, & non potest variari, nisi varietur etiam ipsum ubi, & contra; Alio modo potest sumisus pro illâ dispositione partium præcisè, quæ in priori situ includitur formalitèr, vel materialitèr, quæque est indifferens ad hunc, vel illum locum, & hoc modo sumptus non includit ipsum ubi ullo modo. Hinc collige, situm ab ubi per hoc distingui, quod ubi sit respectus totalis rei locatæ ad superficiem locantem, & contra, unde potest mutari situs, qui est respectus determinatæ partis locati ad determinatam partem loci, & contra, non variato ubi: ut si aqua agitetur in vase, semper eundem retinebit locum, non tamen eundem situm; Itaq; situs est modus quidam ubi, quia ubi dicit absolute præsentiam rei in loco; situs verò specificat modum præsentiae, sic vel sic stans, verbi gratiâ, vel sedendo, quod sufficit ad distinctionem illorum.

QUÆSTIO III.

De Prædicamento Quantitatis & Habitus IX. & X. Categoria.

Cum res non solum dicatur in loco, verum etiam in tempore hoc vel illo, hodie vel heri, sic quemadmodum per ubi constituitur res in loco, & est particulare prædicamentum, ita etiam per quando res constituitur esse in tempore, quod est etiam particulare prædicamentum Quantitatis, seu quando in concreto. Tempus autem est duplex, aliud enim est intrinsecum, & nihil aliud est, quam ipsa duratio, per quam res se ipsa durat quocunq; extrinseco mensurante ablato; extrinsecum est, quod comparatur ad mensuram motus primi mobilis, quod etiam hoc prædicamentum constituit, de quo

Dico 1. Quando est respectus extrinsecus adveniens, subiectus in re existente, & terminatus ad rem cui coexistit. Patet, quia non potest intelligi, nisi per modum respectus & non præsupponit aliquid ex parte fundamenti & termini, ad quod sequatur, præter actionem, quæ producitur, quæ actio non necessariò inexistit fundamento & termino, ergo

Dices: Quando necessariò sequitur, posito fundamento & termino simul existentibus, ergo est tam intrinsecus adveniens, sicut similitudo. R. negando ant. quia ipsum quando est ratio formalis ponens extrema simul, & ideo non potest sequi ad extrema simul posita. Vel concedatur ant. & negetur consequentia, disparitas est, quod ipsa similitudo non constituat extrema simul existentia, sed præsupponat illud, per quod constituentur, & eo posito, necessariò sequitur coexistentia nihil præsupponit ex parte extremorum, ratione cujus sequeretur necessariò. Cætera & plura in Physicâ.

Habitus

Habitus ut est praedicamentum distinctum ab aliis, sumitur pro illa forma, a qua dicitur aliquid esse vestitum, vel armatum: de quo

Dices: Eoispo, quod arma dicant praesentiam localem ad rem armatam, illa res dicitur armata; ergo non datur aliquis respectus inter rem armatam & arma. R. negando ant. quia ut res aliqua dicatur armata, debet habere talem respectum ad arma, quo mediante possit ire de loco in locum cum armis, quod tamen non habet per illam nudam praesentiam ad arma; ergo esse armatum, distinguitur ab illa praesentia. Et haec de praedicamentis in specie sufficiant, quae ut utar D. Augustini verbis, Cat. 15. ut nullius (scilicet fusioris pro hoc loco) tractatu indigas has categorias Aristoteles quog, transgressus est, quod nos etiam fecimus.

Dico 2. Habitus est respectus extrinsecus adveniens, subjectum in re vestita, vel armata & terminatum ad vestes, vel arma, a quibus aliquid dicitur formaliter vestiri, vel armari. Probatur, quia quando aliquis vestitur, vel armatur, intercedit aliquid positivum distinctum tam a re vestita, vel armata, quam ab armis, vel vestibus: sed non est quid absolutum, nec relatio intrinsecus adveniens; ergo erit quid respectivum & extrinsecus adveniens.



DISPUTATIO VIII.

DE POST PRAEDICAMENTIS.

Capite decimo usque ad finem sui libri de praedicamentis agit Philosophus, de quibus Aeternum affectionibus, comparatque res illas, quas in praedicamento collocavit ad se invicem, secundum oppositionem, prioritatem, simultatem, ostendendo quoniam simul opponantur, quae priora sint, quae simul & quor modis aliquis dici posset rem habere, de quibus pro coronide etiam breviter aliquid agam, sit igitur

QUAESTIO I.

De Oppositis.

Oppositio variè sumi potest, sicut & oppositum, quod est illius concretum; oppositum enim primò accipitur pro eo, quod est ex adverso positum, sic dicitur: platea plateae, domus domui, exercitum exercitui opponi; secundò pro eo, quod adversatur alicui, sic fortuna dicitur opponi, seu adversari homini infortunato: tertio opponi idem est, quod objici, sic dicuntur crimina reo opposita in iudicio, id est, objecta: quarto oppositum sumitur pro subiecto, seu fundamento relationis, quae vocatur oppositio: quinto, & maximè propriè pro ipsa relatione oppositionis, quo sensu dicimus esse tantum quatuor opposita id est quatuor oppositiones; res autem illae dicuntur oppositae, quae quandam habent ad invicem repugnantiam, ita ut sese non compatiuntur, ut albedo & nigredo, non opposita autem sunt, quae talem repugnantiam non habent, sed sese compatiuntur, ut albedo & dulcedo in saccharo: Opposita autem communiter post Boethium describuntur: Quod sit duo extrema simplicia, quae in eodem respectu existant, & secundum idem verè affirmari non possunt simul: dicitur respectu ejusdem, quia non implicat imò congruè sit, respectu diversarum, nam potest aliquis esse pater Titii, & filius Caji; dicitur secundum idem, quia albedo & nigredo possunt inesse eidem, secundum diversa, ut nigredo in capite, albedo in dentibus: dicitur simul, quia bene albedo & nigredo possunt in esse eidem successivè. Oppositionem verò in abstracto describunt quidam etiam Scoticae, quod sit relatio diversitatis, seu distinctionis inter aliqua extrema simplicia, sed malè, alias albedo & dulcedo, item albedo & quantitas esset oppositum, quod nemo diceret: Connimbricenses verò asserunt: esse relationem inter duo extrema simplicia.

F. Amaldi Hermann Logica.

cia, quae de eodem verè affirmari non possunt; sed etiam malè, quia actio & passio sunt relationes oppositae, tamen de eodem intellectu agente & patiente verè affirmantur; quare videtur mihi, quòd melius exprimi possit dicendo, quòd sit relatio inter extrema simplicia, quibus repugnat secundum eandem rationem formalem verè praedicari de eodem simul, & patet, quia omni & soli competit, comprehenditque etiam oppositiones disparatas scilicet ligni & lapidis. Oppositio verò prout huc spectat & prout de eà hic agit Aristoteles, ab eodem dividitur in contrariam relationem, privativam, & contradictoriam: de quibus singulis aliquid specialitè proponam plus vel minus, prout materiam exigere judicavero. Et in primis occurrit

Oppositio quadruplex.

Oppositio Contradictoria, quae maxima est, quoad repugnantiam extremorum, quae in nullo profus conveniunt. Est ea, quae reperitur inter aliquam rem positivam ejusque negationem, seu inter affirmationem & negationem, ita ut quòd res necessariò unum vel alterum debeat habere ut, verbi gratià, homo non homo, doctus non doctus, quae oppositio distinguitur à privativà, quia haec necessariò connotat subiectum commune, illa verò praescindit. Itaq;

II. Oppositio contradietoria.

Oppositio Privativa est oppositio inter duo extrema, quorum unum habet se per modum habitus, alterum per modum privationis; ubi per habitum non intelligitur qualitatis prima species, sed quaelibet forma, ita quòd idem sit ac esse oppositionem inter formam & ejus privationem. Ad hanc oppositionem tria requiruntur: Primò ut sit circa idem subiectum, defectu hujus visio & surditas non opponuntur. Secundò ut subiectum sit utriusque; capax, & propter hoc visio & negatio ejus non opponuntur in lapide. Tertio, quòd fiat tempore à natura determinato, & ideò catulus ante nonum diem

III. Oppositio privativa ad eam tria requiruntur.



non videns, visio & negatio ejus non opponuntur, ex eo quod ipsi pro illo tempore non debeatur visio; Addit Aristoteles, quod licet possit dari regressus à formâ ad privationem, non potest tamen dari à privatione ad formam, ut ex vidente potest esse non videns, non tamen e contra; non est autem hoc intelligendum universalitèr, sed tantum de aliquibus, quia aer non solummodò ex lucido fit tenebrosus, sed etiam ex tenebroso fit lucidus.

IV. *Oppositio realis.*

Oppositio Relativa est relatio diversitatis inter duo extrema relativa, seu correlationes, quatenus repugnat eis, competere posse uni eisdemque sub eodem respectu; & talis est oppositio inter Patrem & Filium, seu inter paternitatem & filiationem respectu ejusdem; dixi notantèr sub eodem respectu, quia idem intellectus potest fundare relationem actionis & passionis, respectu intellectiois, quam producit & recipit, non tamen sub eodem respectu, sed diverso propter diversas rationes fundandi.

V. *Circa oppositioem contrariam est difficultas.*

Circa Oppositionem contrariam explicandam major videtur esse difficultas, pro quo itaq; Notandum: opposita contraria in duplici esse differentiâ; nam aliqua sunt mediata, alia immediata; Mediata sunt, quorum alterum necesse est semper inesse omni susceptivo, id est, capaci utriusq; ut sanitas & ægritudo respectu animalis, non tamen respectu lapidis; Immediata e contra ut albedo & nigredo, quæ possunt ambæ abesse à pariete, verbî gratiâ, rubro. Contraria mediata quædam rursus sunt, quæ habent medium per participationem, ut illa, quorum medium habet, aliquid de relatione utriusq; ut rubedo respectu albedinis & nigredinis; quædam alia quæ non habent medium, sed tantum per negationem utriusq; extremi, ut actus indifferens respectu boni & mali, qui nihil participat bonitatis vel malitiae, ab utroq; extremo; alia tamen habent medium unum tantum, ut est inter majus & minus est æquale; alia e contra habent plura media, ut albedo & nigredo, quæ habent flavedinem, rubedinem, & virescinem. Notandum secundò Contraria alia esse propria, alia impropria; impropria sunt omnes qualitates diversorum ut qualitas materialis & spiritualis, quæ non possunt saltèr naturalitèr esse in eodem subjecto simul. Contraria proprie dicta sunt ea, quæ non sunt diversorum generum, sed sub eodem genere maxime distant. Notandum tertio, Contraria alia esse, quæ ex suis propriis naturis & principiis opponuntur & repugnant, quasi sunt contraria omnia propria dicta, ut albedo & nigredo; alia sunt, quæ non ex propriis naturis, sed ratione primo contrariorum repugnant, talia sunt subjecta primarum qualitatum contrariorum, verbî gratiâ, siccitatis & humiditatis, frigiditatis & caliditatis. Notandum quartò etiam aliqua dici contraria, quia nata sunt causare contrarias qualitates, ut ignis, quia est calefactivus, dicitur contrarius nivi, quæ est frige factiva; Itaq; de Contrariis proprie dictis, de quibus hic est sermo, ut continuetur

VI. *Describuntur opposita contraria.*

DICO I. Ea bene describi, quod sint illa, quæ sub eodem genere maxime distant, & eisdem subjecto

vicissim insunt, à quo mutuo se expellant, nisi alterum eorum insit à naturâ. Ita Aristoteles 1o. Met. cap. 6. Probatur: Quia omnia & soli convenit; ergò. Probatur ant. explicando omnes ejus particulas; Particula itaq; Ea denotat ipsa opposita & habet rationem generis, quæ sub eodem genere maxime distant, id est, quæ essentialitèr & specificè distinguuntur, licet in genere conveniant, ut albedo & nigredo, & potest etiam nonnunquam intelligi de genere remoto, ut vitium & virtus. Per ly Eodem subjecto de notatur repugnantia contrariorum in eodem subjecto tantum, & hoc ipsum in gradibus intensis, Additur nisi alterum, &c. quia calor ab igne, & frigus ab aquâ non potest saltèr naturalitèr expelli, quia connaturales sunt. Advertendum autem, quod per ly ab eodem subjecto non intelligatur subjectum informationis, quia à tali subjecto sese invicem mutuo expellant etiam formæ substantiales.

Dices: Albedo & nigredo sunt contraria Aristotelica, sed non expellant se mutuo ab eodem subjecto; ergò malè describuntur. Probatur mi. quia albedo & nigredo simul reperiuntur in corpore rubro & caruleo, quia colores medii participant aliquid de extremis. R. albedinem & nigredinem se expellere ab eodem subjecto tantum in gradibus intensis, non verò in gradibus remissis. Sed

Instabis: Scotus 1. d. 43. q. un. n. 2. dicit: repugnantiam quamcumq; extremorum esse ex suâ ratione formali & per se essentialitèr circumscripto, quocumq; alio respectu utriusq; extremi ad quocumq; aliud, scilicet albedinem & nigrum sibi contrariantur per se ex suis rationibus formalibus. Idem d. 36. q. un. n. 14. ait sic; quidquid repugnat alicui formalitèr se se repugnat, ergò secundum Scotum illa non sunt contraria quam se illo modo compatiuntur, etiam in gradu remisso. Probatur consequentia, quia cuiusq; de se & ex naturâ suâ competit aliquid, illud ipsi competit, ubicumq; reperitur, sed natura albedinis & nigredinis reperiuntur in colore rubro & caruleo, & consequentèr albedo & nigredo. R. Scotum tantum loquitur de illis, quando perveniunt ad talem gradum intensiois, quia tunc ex naturâ ipsius intensiois repugnat. R. 2. In colore medio non misceri colores extremos totalitèr, quòd duo gradus illorum sint simul vel plures in eadem parte subjecti, sed quòd in hac parte subjecti sint tot gradus albedinis, & in istâ parte tot nigredinis, & quia istæ partes sunt valde minute, & isti duo colores valde intimi, apparet color caruleus. Respondet tertio ipse Scotus q. 30. in predicamenta, in colore medio non reperiuntur colores extremos formalitèr, sed tantum virtualitèr.

Urgebis. Sentum, cujus medietas est alba, & medietas est nigra, est simpliciter coloratum; ergò vel album, vel nigrum, vel affectum aliquo colore medio. Probatur consequentia ex Philosopho 2. Topicor: dicente sic: Quidquid denominatur à genere, denominatur à specie aliquâ ejusdem generis. R. cum Scoto q. 4. sub lib. 4. Met. ubi tres modos ponit explicandi illud Philosophi; quidquid denominatur

ab aliquo genere, denominatur ab aliqua eius specie, secundum inesse concedo, secundum inesse determinate ab hac una scilicet specie, nego; unde & 2. negando consequentiam, quia tantum sequitur quod sit medietas colorata colore huius speciei, & medietas colore istius speciei, & hoc ideo, quia species istius generis nature sunt afficere subiectum integraliter extensum, aliud est de speciebus animalis.

tra est tamen causa aliquo modo & principium alterius, sic homo est prius risibilitate. Tot modis autem, quot dicitur aliquid unum prius altero, tot modis dicitur etiam esse posterius. Omnes hic quinque modi comprehenduntur hoc disticho:

*Tempore natura, prius ordine, dic & honore,
Causa q; causato, dicitur esse prior.*

QUAESTIO III.

Quot modis dicitur aliquid simul esse cum altero?

Quamvis tot modis possit dici aliquid simul cum alio, quot modis dicitur aliquid alio prius & posterius, Philosophus tamen de tribus tantum fecit mentionem, tanquam de magis necessariis modis simultatis. Prima similtas est temporis & hanc habent ii, qui eodem tempore & duratione coexistunt, ut *Castor & Pollux, Hector & Achilles, Jacob & Esau*. Secunda est naturae & talem habent ea, quae dicuntur ad convertentiam, cum tamen unum non sit causa alterius, & sic correlaciones sunt similes, ut *paternitas & filiatio*. Tertia similtas est specierum & differentiarum & q; immediatè contrahentium aliquid superius, & sic *homo & brutum, rationalitas & irrationalitas* sunt simul, quia & q; immediatè contrahunt animal, & hi tres modi sequentibus comprehenduntur versibus:

Tempore dico simul, quorum generatio nunc est,

*Qua convertuntur, dicimus esse simul:
Sunt q; simul species, genus, unum distribuentes.*

QUESTIO ULTIMA

Quot modis dicitur aliquid aliud habere?

Postquam Philosophus egit de modis prioritatis, posterioritatis, & simultatis, egit etiam de speciebus motus, scilicet de generatione & corruptione, de accretione & decretione, de alteratione & latione, seu motu locali; sed quia de his omnibus agam coptose in Physicâ, hic abrumpo filium, & breviter explicabo, quot modis aliquid aliud dicitur habere, idq; verbis D. Augustini in terminis Categ. 16. ubi sic eos enumerat: *Non uno modo aliquid habere dicimus, quantum enim tractando colligimus sub hoc verbo, sunt octo, quasi quaedam species; Prima est, quoties animo habemus aliquid, ut iustitiam, castitatem, iniustitiam, vel libidinem; Secunda, quoties in corpore aliquid habere dicimus, ut albedinem & nigredinem, varietatem, vel cetera, quae per qualitatem corpori insident; Tertia, de quantitate descendit, quoties quatuor, vel quinque pedum habere dicimus longitudinem; Quarta, cum non in toto corpore, sed in parte corporis aliquid habere affirmamus, ut in digito anulum, in pede calceos, vel corburnos; Quinta species est, cum non in corpore, sed circa corpus habere aliquid dicimus, ut est vestimentum atq; indumenta omnia; Sexta, quoties ipsas partes corporis habere narramus: ut manus, pedes, caput, aut reliqua, quae sunt in compagne membrorum. Septimus verò locus est, quoties far vel vinum vas aliquid habere dicimus*

VIII.

VII.

QUAESTIO II.

Quot modis unum dicitur alio prius & posterius?

Philosophus assignat quinque species & modos, quibus aliquis alio dicitur prior. Primo dicitur aliquis alio prior tempore, si pro aliquo tempore existat, antequam ille alius existat, & sic homo, qui generat alium hominem, est prior illo alio. Secundo dicitur aliquid alio prius consequentia, si scilicet talis sit naturae, ut ab ipsa non valeat consequentia ad alterum, & sic animal dicitur prius homine, vocaturque haec prioritas aliquando prioritas naturae, & prioritas illorum, à quibus non convertitur subsistendi consequentia. Tertio dicitur aliquid alio prius ordine, ex eo, quod debeat prius collocari & ordinari in aliquo ordine, sive sit prius tempore, sive non; & sic dicitur exordium in oratione esse prius narratione. Quarto dicitur aliquid alio prius ob dignitatem maiorem, & sic substantia est prior accidente, & Deus prior creaturâ, & in hoc sensu intelligunt aliqui prioritatem illam, quâ dicitur Deus concurrere prius ad productionem effectus, quam causa secunda. Quinto dicitur aliquid alio prius naturâ, ex eo quod licet convertibiliter dicitur cum altero, hoc est, ita quod ab alio ad aliud valeat consequentia, & econ-

citur; Octavus habendi gradus, qui possessionem nostram, vel Dominum videtur ostendere, cum aedes, vel rus qui habere dicitur, vel sepulchra majorum; qui modi sequentibus versibus bene explicari possunt secundum meum videri:

Affectum, varium, cum quanto dic velut aurum,

Vestitum, membrum, contentum, rura vel aedes.

Et quamvis Doctores alii communiter & ordinariè apponant modum habendi, quo vir habet mulierem, id tamen non rectè dici, sequentibus declarat Sanctus Augustinus supra cit. Hi sunt, dicens: modi habendi, quos designato numero comprehendimus, extra quem si quis potuerit invenire, desideria nostræ culpa non erit, cum Philosophus ipse liberum dimiserit arbitrium inquirentibus. Sanè illud verbum multi Doctores respuunt, atq; impropre proferri confirmant, cum mulier habere maritum dicitur, vel vir uxorem, vel pater filium, vel filius genitorem, propterea quòd asserant, nihil habere posse quod

habentem habeat, sed rectius dici autumant: esse mulieri virum, vel viro uxorem, &c. siquidem huius verbi vim in hoc esse contendunt, ut significare non possit & habere aliquem, & haberi. Quemadmodum explicandi & recensendi ordinem S. Augustini, Ambrosius Peplus videre non debuit, qui enumerans octo modos habendi, ponit loco qualitatis habendi modum, cum quo vir habet mulierem, & adhuc tamen asserit, D. Augustinum asserere: eos octo esse habendi modos, sanè quamvis sic Sanctus Pater incipiat, in progressu v. Idè variat ordinem ab Ambrosio & communi proposito, sed de his sicut & totis prædicamentis dicta sufficiant, unde ut eum eodem memorato Theologo & Philosopho nostro claudam dicens: Tandem, quasi magni a quorù freta transgressi categoriarum numerum terminavimus.

